BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. XI.

CONTINENS

EURIPIDIS MEDEAM, HECUBAM, ANDROMACHEN, HERACLIDAS.

ED.

AUG. IUL. EDM. PFLUGK,

GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR.

GOTHAE, MDCCCXLII.

SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.

(LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.)

EURIPIDIS
TRAGOEDIAE.

RECENSUIT
ET
COMMENTARIIS INSTRUXIT

AUG. IUL. EDM. PFLUGK.

VOL. I. SECT. I.
CONTINENS

MEDEAM.

EDITIO ALTERA,
QUAM CURAVIT

REINHOLDUS KLOTZ.

GOTHAE, MDCCCXLII.
SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.
(LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.)

PRAEFATIO.

Quum Euripidis Medeam post b. Pflugkii operam in ea fabula collocatam iterum edendam susciperem, id mihi ab illis viris, quorum auctoritate hoc munus acceperam, demandatum est, ut et in ipsis poetae verbis in hac nova editione constituendis iudicio plane libero uterer et in annotationibus Pflugkianis tollendis, mutandis, amplificandis non minus versarer arbitratu meo. Hoc enim consilio aiebant edi, ut omnem Bibliothecam Graecam, sic hanc quoque Euripidis fabulam, uti quod quoque tempore ut verissimum et optimum esset cognitum, id ipsum lectoribus, maxime iunioribus, offerretur, non autem ut eo impediretur libelli usus, si etiam illa tractanda et cognoscenda a tironibus essent, quae ad intelligendam Euripidis fabulam nihil conferre prorsus viderentur.

Hac vero libertate equidem ita usus sum, ut ea, quae ego in b. Pflugkii annotatione aut falsa aperte aut certe ad explicandam hanc fabulam plane inutilia esse intellexissem, sine ulla dubitatione tollerem, si quidem nihil inde utilitatis ad causam melius cognoscendam redundare posset, pauca autem, nisi quae aut ad grammaticorum citationes pertinerent, quae necessario ad recentissimas quasque editiones immutandae et supplendae erant, aut quae ad sermonem ipsum, quo interdum b. Pflugkius haud emendato satis usus erat, spectarent, in eius commentariolo, non addito nomine meo, corrigerem, plurima vero, adiecto mei nominis signo, quae aut ad poetae orationem melius constituendam aut ad singulorum locorum sententias rectius expli-

candas vel ad linguae leges atque antiquitatis res rationesque accuratius cognoscendas facere viderentur, de meo afferrem.

Qua in provincia administranda nemo, opinor, eorum, qui recte iuventutem erudiri cupiunt, vituperabit me, quod in constituenda poetae oratione et omnino librorum scripturam religiosius, quam ante me in edenda hac fabula a multis factum erat, servandam putavi et in annotatione critica diligentius, quam vulgo fieri solet in eiusmodi editionibus, singulorum librorum auctoritates appellavi. Etenim quum in omnibus rebus, tum in studiis antiquitatis praestat id sequi potius, quod verum sit, quam id, quod verum videatur, et cui persuasum est nihil in historicis studiis ingeniosum esse, quod non idem sit verum, is istam ingenii laudem, quam multi critici inutilibus coniecturis quaesiverunt, non magnopere desiderabit. In arte autem critica factitanda, a qua in veterum scriptorum libris nulla interpretatio plane sese poterit abstinere, non satis est singulas scripturas nosse, nisi etiam earum auctoritates cognoveris. Nam quemadmodum multa, quae optima librorum auctoritate nituntur, propterea repudianda sunt, quod idoneam sententiam non habent, sic etiam multa, quae optimam reddunt sententiam, idcirco falsa putanda sunt, quia iusta librorum auctoritate carent: ea demum pro veris habenda sunt, quae et bonam sententiam efficiunt neque certa librorum auctoritate destituta sunt, exceptis iis locis, in quibus id, quod offerunt libri, ita comparatum est, ut eo uti plane non queamus, atque id, quod verisimillimum esse videatur, seligere debeamus. Et ut ita exerceat criticam artem, si omnino exercet, ipsa iuventus docenda est. Quid enim iuvat ea discere te, quae postea dedocendus sis?

Aptissime cum hoc instituto etiam ipsa explicatio cohaerebat, quae a me, ut in superiore oratione significavi, multis locis adhibita est, quos prorsus corruptos ac non sanandos nisi per coniecturam plerique interpretes pronuntiaverant. Atque etiam in hac re nemo, ut spero, eorum me reprehendet, qui in erudienda iuventute nihil temere, circumspecte omnia agenda intelligunt; et si cui nimiopere in explanandis quibusdam locis, quos facilius erat corruptos pronuntiare et levi quadam correctione aliter constituere, laboravisse videbor, eum rogatum volo, ut, priusquam ipse iudicet, quid verum sit, eadem diligentia sententiam loci perpendat, qua ego affirmare possum me usum esse, antequam de singulis locis proponerem sententiam meam. Sic spero futu-

rum, ut magis magisque mecum ipse consentiat aut, si etiam tum inita subductaque ratione in meam sententiam concedere nequiverit, ego ab eo gratus meliora edocear. Multi enim nunc hoc habent, ut vix inspectis scriptoris verbis ac vix auditis aliis interpretibus de locis difficillimis iudicent et id potius, quod ipsis videatur, pronuntient, quam quod causa requirat. Non autem hoc loco philologum quempiam nominare volo aut tacito nomine describere: rem noto, non homines: neque ego is sum omnino, qui videar mihi unus semper verum vidisse, et quum nonnulla in hac tractanda Euripidis fabula melius a me quam ab aliis administrata esse sentio, in pluribus etiam locis, praesertim in carminibus choricis et emendandis et explicandis, aliorum operam valde desidero. Itaque vehementer doleo me, absoluta demum opera mea, G. Hermanni censuram editionis Witzschelianae usurpare potuisse, quam is edidit in Novis annalibus philol. et paedagogicis Vol. XXXIII. fasc. II. p. 115—123. Nam quamquam ingenue fateri debeo me etiam hac disputatione viri summi in plerisque locis non adductum esse, ut eam sententiam, quam in editione ipsa proposueram, mutarem, tamen utile fuerat denuo audito viri intelligentissimi iudicio singulos locos considerare: in quibusdam autem locis etiam eandem sententiam proposuit vir doctissimus, quam ego quoque proposueram. Sed ne quid haec ipsa editio detrimenti inde capiat, quod hoc adiumentum et artis criticae et explicationis in edenda fabula nondum habui, iam ea ex illa censura excerpam, quae aliquid momenti ad hanc fabulam rectius constituendam atque explicandam habere videantur. Ac primum quidem vir summus disputavit de huius fabulae versibus 36 seqq.:

Στυγεῖ δὲ παῖδας, οὐδ᾽ ὁρῶσ᾽ εὐφραίνεται.
δέδοικα δ᾽ αὐτὴν μή τι βουλεύσῃ νέον·
βαρεῖα γὰρ φρήν, οὐδ᾽ ἀνέξεται κακῶς
πάσχουσ᾽· ἐγᾦδα τήνδε, δειμαίνω τέ νιν
μὴ θηκτὸν ὤσῃ φάσγανον δι᾽ ἥπατος,
σιγῇ δόμους εἰςβᾶσ᾽, ἵν᾽ ἔστρωται λέχος,
ἢ καὶ τύραννον τόν τε γήμαντα κτάνῃ,
κἄπειτα μείζω συμφορὰν λάβῃ τινά,

quo e loco quum A. Witzschelius nuper etiam auctoritate Musgravii, Porsoni, Elmsleii, Dindorfii aliorumque v. 41:

σιγῇ δόμους εἰςβᾶσ᾽, ἵν᾽ ἔστρωται λέχος,

eiiciendum putasset, quod infra v. 380. in alia causa is versus repeteretur, ipse contra hos tres versus 41—43:

σιγῇ δόμους εἰςβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος,
ἢ καὶ τύραννον τόν τε γήμαντα κτάνῃ,
κἄπειτα μείζω συμφορὰν λάβῃ τινά,

e nutricis oratione tollendos esse pronuntiavit. Vides, quum semel a veritate desciveris, quam facile error crescat. Omnis enim suspicio horum versuum tollendorum inde nata est, quod interpretes putaverunt v. 40:

μὴ θηκτὸν ὤσῃ φάσγανον δι' ἥπατος,

qui infra v. 379. de interficiendis Glauce, Creonte, Iasone usurpatur, hoc loco non posse dici nisi de occidendis ipsis Medeae liberis, quod eorum mentionem modo fecisset nutrix. Quae opinio falsissima est. Nam quod mentionem fecerat liberorum nutrix, quos diceret non iam amorem excitare in animo Medeae, sed ei odio potius esse videri, ex eo fortasse poterat scholiasta colligere ea verba necessario pertinere ad liberorum caedem, qui sane hanc causam sui erroris commemorat, sed neutiquam recentioribus interpretibus debebat ea res errorem afferre. Nam quod v. 36 seq. dicit nutrix:

στυγεῖ δὲ παῖδας, οὐδ' ὁρῶσ' εὐφραίνεται.
δέδοικα δ' αὐτὴν μή τι βουλεύσῃ νέον κτὲ.,

apparet haec ita dici, ut iratum omnino Medeae animum agnoscas, quod mater non gaudeat liberorum aspectu, immo eos odisse videatur: nihil autem aliud, si rem recte reputas, eo significari, ut, nisi alia res accedat, v. 37. libero iudicio uti queas in interpretandis verbis:

μὴ θηκτὸν ὤσῃ φάσγανον δι' ἥπατος.

Quod autem v. 90 seqq. haec nutrix dicit paedagogo:

σὺ δ' ὡς μάλιστα τούςδ' ἐρημώσας ἔχε,
καὶ μὴ πέλαζε μητρὶ δυςθυμουμένῃ.
ἤδη γὰρ εἶδον ὄμμα νιν ταυρουμένην
τοῖςδ', ὥς τι δρασείουσαν· οὐδὲ παύσεται
χόλου, σάφ' οἶδα, πρὶν κατασκῆψαί τινα.
ἐχθρούς γε μέντοι, μὴ φίλους, δράσειέ τι,

eo quidem loco non subobscure significat vetula, posse Medeae exacerbatam iram etiam in ipsos liberos converti, sed tamen ne eo quidem loco rem aperte audet declarare, quamquam magistrum ad liberos caute circumspecteque habendos exhortari studet. At quam crudelem describeret nutrix Medeam, si iam v. 40.,

nulla cogente alia causa, eam aperte diceret meditari liberorum suorum caedem! Itaque non poterit dubitari, quin illa vox in v. 40. ad eam ipsam personam pertineat, quam Medea ante omnes nunc in odio habere debebat, id est, ad Creontis filiam. Hanc enim si ulcisci vellet laesa coniux, non poterat pro illius aetatis moribus crudelis nimis et sanguinaria videri. Si quis autem hoc dicat, non posse ea verba referri ad Glaucen, si non explicatius res declararetur, id ipsum est, quod poterat criticos movere, ne versum sequentem:

σιγῇ δόμους εἰςβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος,

pro subditicio haberent. Sine eo enim versu non poterant illa verba ullo modo recte intelligi. Neque enim ad liberos recte illa verba referentur etiam propter ipsam verborum causam ac rationem, quum ea, quae proximo antecedunt, non de liberis, sed de universo Medeae statu et conditione dicantur, neque vero, quod Aug. Matthiae voluit falso, ad ipsam Medeam. Nemo enim, non addito pronomine reflexivo, poterat suspicari caedem ipsius Medeae intelligi. Quamobrem una restat eaque necessaria ratio, ut servato v. 41. haec referantur ad Creontis filiam, cuius caedem meditetur Medea. Haec enim illis ipsis verbis, quae habemus in libris omnibus, satis aperte indicatur. Etenim quum sermo esset de nuptiis Iasonis ac puellae regiae in tota hac fabula eaque res etiam v. 18 seq. modo indicata esset a nutrice

γάμοις Ἰάσων βασιλικοῖς εὐνάζεται,
γήμας Κρέοντος παῖδ', ὃς αἰσυμνᾷ χθονός,

si sermo erat de strato lecto, non poterat alius intelligi nisi lectus genialis Iasonis et reginae. Itaque si veretur nutrix, ne Medea clam ingrediatur domos et ad lectum genialem accedat ibique caedem faciat, necessario hoc ad caedem puellae regiae pertinebit, praesertim quum Iason, ad quem etiam referri illud potuit propter communitatem lecti genialis, deinceps separatim commemoretur et torus omnino regiae puellae proprius sit, quem una conscendit ut maritus Iason. Sic igitur et hoc loco non solum idoneus est ille versus, verum etiam necessarius, et posteriore loco v. 380. rectissime repetitur, quoniam quae ibi ponuntur:

πότερον ὑφάψω δῶμα νυμφικὸν πυρί,
ἢ θηκτὸν ὤσω φάσγανον δι' ἥπατος,
σιγῇ δόμους εἰςβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος,

ad similem causam pertinent, ut repetitio eorundem verborum nullam offensionem habeat. Laudo igitur Firnhaberum, contra quem non disputavit, sed declamavit Witzschelius, qui hoc quoque loco verum vidit. Quod autem G. Hermannus l. l. p. 116. pronuntiavit, mirum esse, quod dicatur: ἢ καὶ τύραννον, id mihi quidem mirum esse non videtur. Nam postquam nutrix de caede novae coniugis significasset, quam videretur moliri Medea, mulier adversus mulierem, poterat illa sane ut audacius aliquid atque gravius hoc ponere, quod Medea adeo regem huius terrae eiusque generum, imbecilla mulier viros fortissimos, trucidare vellet. Non summi viri causa, sed propter tirones commemoro me de hoc usu ἢ καί particularum explicavisse ad Devarium Vol. II. p. 592.

Quod autem ad v. 93 seq.:

οὐδὲ παύσεται
χόλου, σάφ' οἶδα, πρὶν κατασκῆψαί τινα,

disputavit vir summus, sibi constructionem κατασκήπτειν τινά, etiamsi ἐμπεσεῖν τινὰ dictum esset a Graecis, insolentem videri, non magis assentior. Nam etiamsi verum est, quod exemplis probavit P. Elmsleius, a Graecis in plerisque locis dictum esse aut κατασκήπτειν εἴς τινα aut etiam κατασκήπτειν τινί, cuius rei exemplum posuit ille Herodoti e lib. VII. cap. 134: τοῖσι δὲ ὦν Λακεδαιμονίοισι μῆνις κατέσκηψε Ταλθυβίου, τοῦ Ἀγαμέμνονος κήρυκος, tamen nihil obstabat, quominus, si intimam verbi vim potius quam propriam naturam ante oculos haberent, etiam cum accusativo Graeci coniungerent hoc verbum. Sic enim non tam motionem fieri adversus aliquem in hoc verbo significabant, sed affici eum potius in actione verbi ipsum. Id ipsum videtur intellexisse scholiasta, qui: κατασκῆψαι δέ, inquit, ἀντὶ τοῦ βλάψαι, ἀπὸ τοῦ κεραυνοῦ τοῦ σκηπτοῦ, οἷον κεραυνῶσαι. Et similitudo quaedam eius constructionis quodammodo a verbo ἐπισκήπτειν peti posse videtur, quod, quum proprie dicatur ἐπισκήπτειν τινὶ vel εἴς τινα, tamen mutata verbi ratione etiam cum accusativo personae coniungitur, veluti in Sophoclis Trachiniis v. 1221. Br. et in Euripidis Iphigenia Taurica v. 684. Matth.

V. 106. ita probavit G. Hermannus explicationem b. Pflugkii a Witzschelio adoptatam verborum ἀρχῆς ἐξαιρόμενον, si scriberetur ἀρχῆς ἓξ αἰρόμενον. Ac sic suspicatur in antiquissimis libris scriptum fuisse.

Versu autem 118. postquam vir summus iure improbavit Witzschelii rationem, qui ex uno libro Havniensi scripsit eum versum in hunc modum:

τέκνα, μή τι πάθοιτ᾽· ὡς ὑπεραλγῶ,

ipse paroemiacum reponendum putavit sic:

τέκνα, μή τι πάθητ᾽, ὑπεραλγῶ.

Nullam ego idoneam causam dispicio mutandi huius loci et in iis acquiesco, quae ego in annotatione critica et b. Pflugkius in explicatione adscripsimus p. 25.

V. 131—136. G. Hermannus nunc anapaestos esse credit ac sic putat scribendos esse:

Ἔκλυον φωνάν, ἔκλυον δὲ βοὰν
τᾶς δυστάνου Κολχίδος, οὐδέπω
ἤπιος· ἀλλ᾽, ὦ γεραιά, λέξον
[σύ γ᾽·] ἐπ᾽ ἀμφιπύλου γὰρ ἔσω μελάθρου
φωνὰν ἔκλυον, κοὐδὲ συνήδομαι,
ὦ γύναι, ἄλγεσι δώματος· [αἰσχρὸν
  γάρ·] ἐπεὶ φίλιόν γε κέκρανται.

Equidem probandum hunc ingenii lusum non existimo. Nam quamquam in priore carminis parte facile anapaestum simplex restitui potest, tamen posteriorem carminis partem sic profectam esse ab Euripide quis audet contendere? Acquiesco igitur in iis, quae dixi p. 26 seq.

Nec magis mihi comprobandum videtur quod v. 150. vir praestantissimus dixit in verbis his:

τίς σοί ποτε τᾶς ἀπλάστου
κοίτας ἔρος, ὦ ματαία,
σπεύσει θανάτου τελευτάν;

ἀπλάστου quum propter formam nimium Doricam, tum propter ipsam sententiam ferri non posse, itaque auctore Elmsleio sibi scribendum videri ἀπλάτου pro ἀπλάστου. Etenim qui formam ἀπλάστου ut nimis Doricam repudiat, id quod ego neutiquam probo, poterit ex iis libris, quos nominavi p. 29., ἀπλήστου retinere. De sententia autem recte iam explicavit scholiasta, cuius verba posui in explicatione p. 29 seq.

Tum v. 157. vir summus pro εὐνέταν ait sibi scribendum videri εὐνάταν, formaeque εὐνήτης, cuius analogiam quaesivit Elmsleius in forma εὐνήτρια, quae habetur in Sophoclis Trachiniis v. 294., auctorem memoravit Hesychium.

Paulo post iure summo repudiavit G. Hermannus v. 234

artificiosam magis quam subtilem A. Witzschelii explicationem verborum:

κακοῦ γὰρ τοῦτ' ἔτ' ἄλγιον κακόν,

quae verba ille in hunc modum interpretatus erat: „Hoc enim (χρημάτων ὑπερβολῇ πόσιν πρίασθαι δεσπότην τε σώματος λαβεῖν) multo acerbius malum est, quam quod vulgo malum haberi solet," quum diceret genitivo κακοῦ omnia ea ab Euripide comprehendi, quae pro malis hominibus esse solerent, atque etiam Germanis ita loqui licere: Denn diefs ist ein noch gröfseres Unglück als das Unglück. Recte G. Hermannus vulgatam et iam a scholiasta proditam explicationem comprobavit, sed eam sententiam mihi tamen multo melius ea verba continere videntur, quae sunt a me recepta in contextum:

κακοῦ γὰρ τοῦδ' ἔτ' ἄλγιον κακόν,

quae quamobrem a poeta scripta esse crederem, aperui in annotatione critica p. 36 seq.

Mox vir egregius in v. 238 seqq.:

Εἰς καινὰ δ' ἤθη καὶ νόμους ἀφιγμένην
δεῖ μάντιν εἶναι, μὴ μαθοῦσαν οἴκοθεν,
ὅτῳ μάλιστα χρήσεται συνευνέτῃ,

de pronomine ὅτῳ dubitavit et comprobavit Musgravii coniecturam, iam a R. Porsono repudiatam, οἵῳ, quod nolim factum esse. Nam

ὅτῳ μάλιστα χρήσεται συνευνέτῃ

est denique nihil aliud nisi: ὅστις μάλιστα ἔσται, ᾧ χρήσεται συνευνέτῃ.

V. 282. vir summus ait sibi videri Euripidem scripsisse:

δέδοικά σ', οὐδὲν δεῖ γὰρ ἀμπέχειν λόγους,

pro eo, quod vulgo legitur, παραμπέχειν vel παραμπίσχειν.

Quod porro idem comprobavit Witzschelii iudicium, qui una cum aliis interpretibus versum 304:

Τοῖς δ' ἡσυχαία, τοῖς δὲ θατέρου τρόπου,

suppositum esse credidit, commemoro me in eadem etiam nunc esse sententia, quam proposui in annotatione critica p. 42. et in explicatione p. 43.

Mox v. 313 seq. offensioni G. Hermanno fuit optativus in verbis his:

Νυμφεύετ', εὖ πράσσοιτε· τήνδε δὲ χθόνα
ἐᾶτέ μ' οἰκεῖν,

quamobrem scite coniecit scribendum esse:

νυμφεύετ' εὖ πράσσοντε,

ut id pertineret ad Creontem eiusque filiam.

V. 365. sic ait Hermannus interpungendum esse:

ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ, πω,

quod neutiquam probare possum. Nam si πὼ reiicit accentum suum ad antecedentia μὴ δοκεῖτε, omnis interpunctio tollenda est, ut interposita verba μὴ δοκεῖτε quasi pro asseveratione sint prorsus recepta in reliquam orationem. Sed ea ratio non est tamen necessario ineunda. Nam etsi et Aeschylus in Prometheo v. 510 seq. dixit:

Οὐ ταῦτα ταύτῃ μοῖρά πω τελεσφόρος
κρᾶναι πέπρωται,

et Aristophanes in Equitibus v. 839:

Οὐκ, ὦ 'γαθοί, ταῦτ' ἐστί πω ταύτῃ μὰ τὸν Ποσειδῶ,

tamen nihil causae fuit, quamobrem Euripidi necessario dicendum esset: ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτά πω. Poterat enim πὼ particulam eodem iure assumere ad vocem μὴ δοκεῖτε quo ad superiora verba. Nam sententiam si spectas, denique nihil discriminis est, utrum dicas: Hoc non iam sic abibit: nolite putare, anne: Hoc non sic abibit: nolite iam putare. Effert enim particula denique eandem rem, quia verba μὴ δοκεῖτε aut nolite iam putare tamen ad priora respiciunt. Quod quum ita sit, simplicissima videtur oratio esse, quam ego repraesentavi scribendo:

Ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ πω.

Versum 468:

θεοῖς τε κἀμοὶ παντί τ' ἀνθρώπων γένει,

qui infra v. 1324. repetitur, subditicium etiam G. Hermannus putavit. Equidem in eadem sententia manere me fateor, quam pronuntiavi in explicatione p. 56. Nam quod subtilius disputavit vir praestantissimus, ut doceret versum, qui infra v. 1324. esset aptissimus, locum hic habere non posse, hoc neglexit, in eo versu non solum deorum atque hominum, quibus odio esset Iason, sed etiam ipsius Medeae fieri mentionem et omnino ista verba denique nihil aliud sibi velle, nisi ut augerent odium perfidi mariti, quod prae se fert irata mulier.

Versu autem 500. rectissime G. Hermannus contra Witzschelium defendit optimorum librorum scripturam hanc:

δοκοῦσα μέν τι πρός γε σοῦ πράξειν καλῶς;

de qua vide quae dixi in explicatione p. 59.

Quod v. 598 seq. hanc scripturam retinendam censuit idem:

Μή μοι γένοιτο λυπρὸς εὐδαίμων βίος,
μηδ' ὄλβος, ὅςτις τὴν ἐμὴν κνίζει φρένα,

in quo loco Witzschelius κνίζει pro κνίζοι e multis ac bonis libris receperat, non improbo. Sed tamen falsum optativum non existimo esse in eo loco. Poterat enim etiam definite loqui poeta in ea sententiae parte. Ac si rem spectas, eadem orationis forma etiam infra est v. 659 seq.:

Ἀχάριστος ὄλοιθ' ὅτῳ πάρεστι
μὴ φίλους τιμᾶν καθαρὰν ἀνοί-
ξαντα κλῇδα φρενῶν,

quo in loco optimi libri non παρέσται, quod olim legebatur, sed πάρεστι tuentur, et in Sophoclis Antigona v. 372 seqq. ed. Brunck.:

Μήτ' ἐμοὶ παρέστιος
γένοιτο μήτ' ἴσον φρονῶν,
ὃς τάδ' ἔρδει.

Neque enim in Euripidis Troasin v. 386 seq.:

Σιγᾶν ἄμεινον τἀσχρὰ μηδὲ Μοῦσά μοι
γένοιτ' ἀοιδός, ἥτις ὑμνήσει κακά,

futuram vim eius optativi habet, qui hic requireretur, si κνίζει ad Iasonis cogitationem revocaretur. Et poterat sane Medea ea omnia e persona sua dicere. Vide quae dixi in annotatione critica ad v. 659. p. 73.

Quod G. Hermannus improbavit receptam a Witzschelio scripturam hanc deteriorum librorum v. 737:

λόγοις δὲ συμβὰς καὶ θεῶν ἀνώμοτος,

hoc factum laudo. Sed tamen neutiquam illam scripturam possum probare, quam opposuit librorum optimorum scripturae Hermannus:

λόγοις δὲ συμβὰς μὴ θεῶν ἐνώμοτος.

Optimorum librorum auctoritatem defendi et explicavi p. 81 seq.

Versus 777 — 779. G. Hermannus sic mutato ordine nunc putavit scribendos esse:

ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταὐτὰ καὶ καλῶς ἔχει,
καὶ ξύμφορ' εἶναι καὶ καλῶς ἐγνωσμένα,
γάμους τυράννων, οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει.

Ego quemadmodum libri quod habent explicandum putem, aperui in explicatione p. 84 seq. nec muto sententiam meam.

In verbis, quae habentur v. 856 seqq.:

Πόθεν θράσος ἢ φρενὸς ἢ
χειρὶ τέκνων σέθεν
καρδίᾳ τε λήψει κτέ.,

iure G. Hermannus ait sibi nihil mutandum videri recteque dici *θράσος τέκνων*, quasi nostra lingua dicas: der Muth gegen die Kinder. Videtur igitur eodem modo vir summus etiam reliqua ita intellexisse, quemadmodum nos explicanda putavimus p. 91 seqq.

Recte G. Hermannus quod v. 996. habetur *μεταστένομαι* interpretatur intergemo, quod compositum quum non usurparint Latini, recte verti poterit interim gemo vel simul gemo.

De versibus 1006 seq.:

τί σὴν ἔτρεψας ἔμπαλιν παρηΐδα
κοὐκ ἀσμένη τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχει λόγον;

quos etiam G. Hermannus subditicios esse putat, diximus ad eum locum neque quidquam mutamus, non magis quam de versibus 1062 seq.:

πάντως σφ' ἀνάγκη κατθανεῖν· ἐπεὶ δὲ χρή,
ἡμεῖς κτενοῦμεν, οἵπερ ἐξεφύσαμεν,

de quibus ipsis quoque Hermannus Witzschelio falso assensus est. Quum nullum sui iudicii argumentum posuerit vir doctissimus, tuto nostram disputationem ad eum ipsum locum appellare possumus.

Vix autem commemorandum est v. 1053. recte a G. quoque Hermanno male a Witzschelio receptam librorum sane plurimorum scripturam *δώμασιν* pro *θύμασιν* repudiatam esse, itemque improbatam eiusdem coniecturam v. 1087. *καῦρον δ' ἤδη*. Vellem vir summus significasset, quid sibi in eo loco reponendum videretur. Nam ego in illo quidem versu minime mihi satisfecisse videor.

Perquam venuste G. Hermannus v. 1277 seq.:

Ναί, πρὸς θεῶν, ἀρήξατ'· ἐν δέοντι γάρ·
ὡς ἐγγὺς ἤδη γ' ἐσμὲν ἀρκύων ξίφους,

ita distribuit inter utrumque puerum, ut hoc distichon responderet versibus 1271 seq.

V. 1287. G. Hermanno videtur dochmius excidisse, efficere

enim versus 1279—1292. strophas et antistrophas, in hunc modum α. β. β. α.

V. 1371. improbavit Hermannus Witzschelii coniecturam:

οἵδ' εἰσὶν ὤμοὶ σοὶ κάρα μιάστορες,

et ipse scribendum pronuntiavit:

οἵδ' εἰσὶν οὑμοὶ σῷ κάρα μιάστορες,

appellans de pronomine infra v. 1333., tum Euripidis Phoenissas v. 1550. et Sophoclis Oedipum Coloneum v. 788.

Denique v. 1409. si scriptura *κἀπιθοάζω μαρτυρόμενος* vera sit, ait hoc minime posse significare, quod voluerit Witzschelius: et appropero deos antestaturus, sed esse potius vertendum in hunc modum: et urgeo antestans.

Haec fere erant, quae mihi e viri egregii censura huc afferenda viderentur. De meo autem haec pauca addo, quae ab librario falso descripta sunt. Primum v. 41. post *λέχος* pro puncto comma reponendum, tum in annotatione critica ad v. 736, 8. *μεθεὶς* pro *μεθεῖς* scribendum est.

Dabam Lipsia die XX. ms. Ian. MDCCCXLII.

Reinholdus Klotz.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΜΗΔΕΙΑ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἰάσων εἰς Κόρινθον ἐλθών, ἐπαγόμενος καὶ Μήδειαν, ἐγγυᾶται τὴν Κρέοντος τοῦ Κορινθίων βασιλέως θυγατέρα Γλαύκην [1] *πρὸς γάμον. μέλλουσα δὲ ἡ Μήδεια φυγαδεύεσθαι ὑπὸ Κρέοντος ἐκ τῆς Κορίνθου, παραιτησαμένη πρὸς μίαν ἡμέραν μεῖναι καὶ τυχοῦσα, μισθὸν τῆς χάριτος δῶρα διὰ τῶν παίδων πέμπει τῇ Γλαύκῃ ἐσθῆτα καὶ χρυσοῦν στέφανον, οἷς ἐκείνη χρησαμένη διαφθείρεται· καὶ ὁ Κρέων δὲ περιπλακεὶς τῇ θυγατρὶ ἀπόλλυται. Μήδεια δὲ τοὺς ἑαυτῆς παῖδας ἀποκτείνασα ἐφ' ἅρματος δρακόντων πτερωτῶν, ὃ παρ' Ἡλίου ἔλαβεν, ἔποχος γενομένη ἀποδιδράσκει εἰς Ἀθήνας κἀκεῖσε Αἰγεῖ τῷ Πανδίονος γαμεῖται. Φερεκύδης* [2] *δὲ καὶ Σιμωνίδης* [3] *φασίν, ὡς ἡ Μήδεια ἀνεψήσασα τὸν Ἰάσονα νέον ποιήσειε. περὶ δὲ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Αἴσονος ὁ τοὺς Νόστους ποιήσας φησὶν οὕτως* [4]·

Αὐτίκα δ' Αἴσονα θῆκε φίλον κόρον ἡβώοντα,
γῆρας ἀποξύσασα ἰδυίῃσι πραπίδεσσι,
φάρμακα πόλλ' ἕψουσ' ἐπὶ χρυσείοισι λέβησιν.

---

[1] De nomine filiae Creontis quum tacuisset Euripides, non satis convenisse inter scriptores discimus ex Schol. ad v. 19. *Κλειτόδημος μὲν γὰρ Κρέουσάν φησι καλεῖσθαι, γήμασθαι δὲ Ξούθῳ· Ἀναξικράτης δὲ Γλαύκην.* [Vid. Wessel. ad Diod. Sic. IV, 54. T. I. p. 297.]

[2] p. 187. ed. Sturz.

[3] Fr. CLXXVIII. ed. Gaisf.

[4] Eosdem versus e *Νόστοις* habet Schol. Aristoph. Eq. 1318., unde auctore P. Elmsleio correximus v. 2., ubi vulgo scribebatur: *ἀποξύσασ' εἰδυίῃσι.* V. 3. Schaeferus coni. *ἐνὶ χρυσ. λέβ.* coll. Herodot. I, 47. 48.

Αἰσχύλος δ' ἐν ταῖς Διονύσου Τροφοῖς [5]) *ἱστορεῖ, ὅτι καὶ τὰς Διονύσου τροφοὺς μετὰ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν ἀνεψήσασα ἐνεοποίησε. Στάφυλος* [6]) *δέ φησι τὸν Ἰάσονα τρόπον τινὰ ὑπὸ τῆς Μηδείας ἀναιρεθῆναι· ἐγκελεύσασθαι γὰρ αὐτὴν ὑπὸ τῇ πρύμνῃ τῆς Ἀργοῦς αὐτὸν κατακοιμηθῆναι, μελλούσης τῆς νεὼς διαλύεσθαι ὑπὸ τοῦ χρόνου· ἐπιπεσούσης γοῦν τῆς πρύμνης τῷ Ἰάσονι, τελευτῆσαι αὐτόν.*

Τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι παρὰ Νεόφρονος διασκευάσας [7]), *ὥς Δικαίαρχός τε περὶ τοῦ Ἑλλάδος βίου* [8]) *καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ὑπομνήμασι. μέμφονται δὲ αὐτῷ τὸ μὴ πεφυλακέναι τὴν ὑπόκρισιν τῇ Μηδείᾳ, ἀλλὰ πεσεῖν εἰς δάκρυα, ὅτε ἐπεβούλευσεν Ἰάσονι καὶ τῇ γυναικί.*

---

[5]) T. II. p. 639. ed. Pauw. T. V. p. 43. ed. Schütz.

[6]) „Staphylus Naucratita, grammaticus, tres aut plures Rerum Thessalicarum libros scripsit, in quos multa mythologica congessisse videtur. Plura de eo I. G. Vossius de Historicis Graecis III. p. 190. [p. 501. ed. Westerm.] et Schweighaeuserus ad Athenaeum p. 45. C." ELMSLEY.

[7]) *παρὰ Νεόφρονος δ.* Vulgo *γενναιοφρόνως διασκευάσας*, unde Beckius effici voluerat *ὁ Σικυώνιος Νεόφρων διασκευάσας*, laudandus ille, quod Neophronis hic mentionem latere vidit. Sed vere monuit Elmsleius non ignobilium scriptorum furta solere commemorari, sed eorum, qui praestantissimi in suo quisque genere habeantur. Itaque magis est credibile fuisse qui Euripideam fabulam ex Sicyonii poetae Medea expressam esse arguerent, quam qui detectae Neophronis fraudis gloriolam captarent. Neque alienus est ab hac suspicione locus Diogenis Laertii II, 134. de Menedemo: *ὥςτε παίουσιν οἱ λέγοντες μηδὲν αὐτὸν ἀνεγνωκέναι πλὴν τῆς Μηδείας τῆς Εὐριπίδου, ἣν ἔνιοι* (alii *ἐν τοῖς*) *Νεόφρονος εἶναι τοῦ Σικυωνίου φασί*, et Suidae: *Νεόφρων, ἢ Νεοφῶν, Σικυώνιος τραγικός, οὗ φασιν εἶναι τὴν Εὐριπίδου Μήδειαν· ὃς πρῶτος εἰςήγαγε παιδαγωγοὺς καὶ οἰκετῶν βάσανον.* Recepi igitur quod coniecerat Elmsleius, addicente cod. Flor., in quo scriptum est: *παρα νεώφρονος διασκευάσεως.* [Ei scripturae, si vere existimamus rem, favent etiam alii libri, uti Rom. C., qui habet: *παναιόφρονος διασκευάσας*, et Havn., qui habet: *πάνυ εὐφρόνως διασκευάσας*. R. K.] Ceterum quomodo is, qui prior in hoc argumento elaborasse dicitur, res Medeae tractaverit, et quam rationem in corrigenda Neophronis fabula sequutus sit Euripides, si quidem is ad huius sese exemplum composuit, difficile dictu est in tanta alterius fragmentorum paucitate. Cf. Boettiger. prolus. de Medea p. 130.

[8]) V. Marx. de Dicaearcho, in Creuzeri Melet. P. III. p. 174.

Ἐπαινεῖται δὲ ἡ εἰςβολὴ διὰ τὸ παθητικῶς ἄγαν ἔχειν, καὶ ἡ ἐπεξεργασία (v. 3.) μηδ' ἐν νάπαισι, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅπερ ἀγνοήσας Τιμαχίδας τῷ ὑστέρῳ φησὶ πρώτῳ κεχρῆσθαι, ὡς καὶ Ὅμηρος [9]·

εἵματά τ' ἀμφιέσασα θυώδεα καὶ λούσασά.

ΑΛΛΩΣ ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Μήδεια διὰ τὴν πρὸς Ἰάσονα ἔχθραν τῷ ἐκεῖνον γεγαμηκέναι Γλαύκην τὴν Κρέοντος θυγατέρα ἀπέκτεινε μὲν Γλαύκην καὶ Κρέοντα καὶ τοὺς ἰδίους υἱούς, ἐχωρίσθη δὲ Ἰάσονος Αἰγεῖ συνοικήσουσα. παρ' οὐδετέρῳ κεῖται ἡ μυθοποιία [10]).

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Κορίνθῳ, ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν πολιτίδων. ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα [11]). πρῶτος [12]) Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης. Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ Σάτυροι. οὐ σώζεται.

---

[9]) Odyss. E. 264.

[10]) παρ' οὐδετέρῳ i. e. neque apud Aeschylum neque apud Sophoclem. Male Scaliger corr. παρ' οὐδενί. Iisdem verbis ubi utitur scriptor argumenti Aeschyli Eumenidum (T. IV. p. 405. Schütz.), Sophocles et Euripides intelliguntur. Perpetua est enim trium principum veteris tragoediae in hoc genere comparatio. Sic etiam in argum. Aeschyl. Prom. (p. 3.). κεῖται δὲ ἡ μυθοποιία ἐν παρεκβάσει παρὰ Σοφοκλεῖ Κόλχοις, παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ ὅλως οὐ κεῖται.

[11]) Olymp. LXXXVII, 1.

[12]) primas retulit. V. Boeckh. de Trag. Gr. p. 36. Ceterum intelligitur Euphorio, Aeschyli filius, quem patris tragoediis certantem quater praemio ornatum esse scribit Suidas; earumque victoriarum unam esse hanc, quam de Sophocle et Euripide hoc anno reportavit, coniecit Boeckhius l. l. p. 32. De Medea Euripidis, quae tunc cecidit, minus iniqua posteriorum saeculorum iudicia fuerunt. Frequenter huius fabulae sententias ad partes vocasse Chrysippum, nobilissimum Stoicorum, auctor est Diog. Laert. VII, 180. conf. Hesych. Miles. p. 22. Orell. Eadem in manibus reperta est Ciceronis, quum scelere inimicorum occideretur, teste Ptolem. Hephaest. apud Photium cod. CXC. p. 151, 18. Neque vulgarem Medeae laudem habet Archimeli Epigr. II. v. 5. 6. quamvis corruptum (Anal. Br. II. p. 64. cf. Iacob-

Corollarii instar adiiciam memorabilem locum Athenaei de Calliae, qui fortasse non diversus est a comico cognomine, *γραμματικῇ τραγῳδίᾳ*, cuius ad exemplum Euripides et modos et personarum descriptionem in chori carminibus, quae sunt in Medea, composuisse dicitur. Is locus est in L. X. p. 453. C. (T. II. p. 1004 sqq. Dind.). *Ὁ δὲ Ἀθηναῖος Καλλίας, ἐζητοῦμεν γὰρ ἔτι πρότερον περὶ αὐτοῦ, μικρὸν ἔμπροσθεν γενόμενος τοῖς χρόνοις Στράττιδος, ἐποίησε τὴν καλουμένην γραμματικὴν τραγῳδίαν, οὕτω διατάξας. πρόλογος μὲν αὐτῆς ἐστιν ἐκ τῶν στοιχείων, ὃν χρὴ λέγειν διαιροῦντας κατὰ τὰς παραγραφὰς καὶ τὴν τελευτὴν καταστροφικῶς ποιουμένους·*

Ἔστ' ἄλφα, βῆτα, γάμμα, δέλτα, θεοῦ πάρ' εἶ,
ζῆτ', ἦτα, θῆτ', ἰῶτα, κάππα, λάβδα, μῦ,
νῦ, ξῦ, τὸ οὖ, πῖ, ῥῶ, τὸ σάν, ταῦ, ὖ παρόν,
φῖ, χῖ τε τῷ ψῖ εἰς τὸ ὦ.

ὁ χορὸς δὲ γυναικῶν ἐκ τῶν σύνδυο πεποιημένος αὐτῷ ἐστιν ἔμμετρος ἅμα καὶ μεμελοπεποιημένος τόνδε τὸν τρόπον, βῆτα ἄλφα βα, βῆτα εἶ βε, βῆτα ἦτα βη, βῆτα ἰῶτα βι, βῆτα οὖ βο, βῆτα ὖ βυ, βῆτα ὦ βω. καὶ πάλιν ἐν ἀντιστρόφῳ τοῦ μέλους καὶ τοῦ μέτρου γάμμα ἄλφα, γάμμα εἶ, γάμμα ἦτα, γάμμα ἰῶτα, γάμμα οὖ, γάμμα ὖ, γάμμα ὦ. καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν συλλαβῶν ὁμοίως ἑκάστων τό τε μέτρον καὶ τὸ μέλος ἐν ἀντιστρόφοις ἔχουσι πᾶσαι ταὐτόν. ὥστε τὸν Εὐριπίδην μὴ μόνον ὑπονοεῖσθαι τὴν Μήδειαν ἐντεῦθεν πεποιηκέναι πᾶσαν, ἀλλὰ καὶ τὸ μέλος αὐτὸ μετενηνοχότα φανερὸν εἶναι. Quibuscum comparanda quae idem initio libri VII. p. 276. A. scripsit: *καὶ γὰρ Καλλίαν ἱστορεῖ (ὁ Κλέαρχος) τὸν Ἀθηναῖον γραμματικὴν συνθεῖναι τραγῳδίαν, ἀφ' ἧς ποιῆσαι τὰ μέλη καὶ τὴν διάθεσιν Εὐριπίδην ἐν Μηδείᾳ καὶ Σοφοκλέα τὸν Οἰδίπουν.* Uberiorem horum locorum explicationem si quis desideret, adeat Hermannum in diss. de Gr. linguae dialectis p. 10 seqq. coll. Boeckh, de Trag. Gr. p. 86 seqq. Ac Calliae quidem rationem ita explanavit Hermannus, ut, in personarum quidem descriptione quale fuerit eius institutum, quivis possit comprehendere. De Euripide Boeckhio assentior, quod, quemadmodum Callias tot fecit strophas, quot sunt consonantes, easque singulas a singu-

---

sii Animadv. Vol. II. P. I. p. 193.). Machinae usum in Medea quum reprehendit Aristoteles Poet. c. 16. (18. Herm.), respexisse videtur currum alatum, quo, quum non haberet quo pacto Medeam periculo eximeret, eam aufugientem facit. Cf. Boettiger. l. l. p. 123. Aug. Matthiae. T. VI. p. 427. Herm. ad Elmsleii Med. p. 405. ed. Lips.

lis consonantibus recitatas, accinentibus deinceps vocalibus, ita Euripidem censet stropharum numerum personis chori exaequasse, singulis autem choreutis strophas singulas tribuisse, concinentibus per vices ceteris personis. Illud vero perambiguum est, fueritne XII personae chori, ut opinatur Boeckhius, an, servato legitimo quindecim personarum numero, viam tamen invenerit Euripides, qua binarum cantum personarum, alia post aliam ei, cuius primariae partes erant, accinente, coniungeret. Nos coniecturas in eo genere satis ingeniosas excogitari posse, certi quidquam, quae nunc est rei scenicae veterum scientia, afferri non posse arbitrati, satis duximus ea de re admonuisse lectores: orationem poetae intactam reliquimus.

Postremo quamvis ancipitem de duplici quae fertur Medeae editione quaestionem quam fieri poterit brevissime explicabimus, nihil sane novi, ut certo diiudicari ea res possit, allaturi, sed quantum satis est tironibus dicturi. Ac de diasceue dramatum in universum exposuit Boeckhius in capite secundo libri, quem de Tragicorum Graecorum principibus scripsit. Solebant enim poetae, si quam fabulam, semel editam, iterum in scenam vellent producere, eam ita aut totam retractare aut quasdam eius partes refingere, ut, quam secundis curis perpolivissent, pro nova iure haberi posset. Cuius rationem instituti, ne dicam auctorum in perficiendis operibus diligentiam, maxime inde repetas, quod, sive ceciderat fabula, nisi emendata in certamen iterum committi non posset, sive steterat, victrice ac praemio ornata alteram appetere victoriam haud sine quadam turpitudinis nota liceret. Neque vero solum sua ipsi dramata poetae correcta ediderunt, sed eorum etiam familiae repetitas maiorum fabulas interpolaverunt: donec Lycurgi oratoris lege cautum est, ne trium principum veteris tragoediae, Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, reliquiae importuna correctorum manu histrionumve licentia depravarentur [1]). Nam histriones quoque aliquid sibi iuris in poetarum opera arrogarunt neque raro vel voces quasdam vel versus temere seu consilio mutarunt: qua de re passim veteres Critici admonuerunt. Itaque etsi fieri potuit, ut, qui correctam ederet fabulam, ultra verborum versuumve, si qui forte male tornati essent, emendationem non progrederetur, tamen magnopere cavendum est, ne, quidquid a tralaticia quorundam locorum scriptura discrepat, studiis ac consilio aut ipsorum poetarum

---

[1]) Pseudo-Plutarch. V. X. Orat. p. 841. E.

aut eorum, ad quos illorum monumenta ingenii hereditate pertinebant, acceptum referamus atque ex levibus quibusdam sive correctionibus sive corruptelis duplicem statim recensionem exstitisse coniectemus.

De Medea quidem Euripidis qui primus eiusmodi suspicionem movit, Porsonus argumentis usus est, ut mihi quidem videtur, non satis gravibus. Eorum alterum protulit ad v. 300. (298. Barn.), ubi quum pro eo, quod vulgo scriptum est, σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προςφέρων σοφά, nonnulli libri exhiberent καινὰ προςφέρων ἔπη, eam ille lectionem profectam opinatus est ex secundis curis ipsius Euripidis, qui derisum ab Aristophane Thesm. 1141. vocabulum σοφός, quo uti videbatur cupidius, removere vellet. Simile est alterum argumentum, quod exposuit ad v. 1314. (1317.) τί τάςδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις πύλας, sed illud et subtilius excogitatum et haud contemnendis rationibus confirmatum. Dubium enim esse non potest, quin auctor Christi Patientis, cuius de perpetua imitatione Euripidis satis constat, quum scripsit v. 120. καὶ τούςδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις λόγους, et v. 436. τί τούςδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις λόγους, respexerit eum, quem proposui, nostrae fabulae locum. Ex eodem fonte apparet hausisse Heliodorum Aethiop. I. p. 15. Τί ταῦτα κινεῖς κἀναμοχλεύεις; τοῦτο δὴ τὸ τῶν τραγῳδῶν. Neque credibile est utrumque scriptorem, si legisset apud Euripidem quae nostra exemplaria praebent, in eandem incidisse dictionem eamque adeo insolentem et tragici tumoris plenissimam. Huc denique accedit locus Aristophanis criminibus Euripidis refertus, Nub. 1399. Σὸν ἔργον, ὦ καινῶν ἐπῶν κινητὰ καὶ μοχλευτά, Πειθώ τινα ζητεῖν, ὅπως δόξεις λέγειν δίκαια. Ex quo probabilis sane videtur coniectura Porsoni Euripidem, quum in priore editione pro τάςδε πύλας scripsisset τούςδε λόγους vel ταῦτα ἔπη, postea traductum a comico id mutasse, quod reprehendendi illi occasionem dedisset. Quanquam illud profecto mirum est, praeter hanc sane memorabilem scripturae varietatem, siquidem ea retractantis fabulam poetae censenda est, nulla indagari posse satis certa duplicis recensionis vestigia. Nam quae sibi visus est ex eo genere reperisse Osannus Anal. crit. p. 90 seqq., ea, ut vim aliquam habitura essent, si Medeam iterum editam esse aliunde constaret, tamen ipsa per se ad eam rem demonstrandam minime idonea sunt [2]). Idem dicendum est de illa suspicione, quam de

---

[2]) Vid. Aug. Matthiae ad Eurip. T. VI. p. 424. 425.

v. 777. iniecit Hermannus[3]). Denique quod Boeckhius[4]) ea, quae v. 1381—1383. Medea loquitur,

γῇ δὲ τῇδε Σισύφου
σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλη προςάψομεν
τὸ λοιπὸν ἀντὶ τοῦδε δυςσεβοῦς φόνου,

haec igitur quod multo aptius a Iunone pronuntiari existimat, quam poeta in priore editione ex machina verba facientem induxerit: est illa ingeniosa sane coniectura, sed tamen eadem ita comparata, ut argumentis, quibus duplicem exstitisse Medeae recensionem evincere studet, nihil inde auctoritatis accedat. Etenim aut soli eiusmodi oratio Iunoni conveniebat; quod quidem haud sine gravissimo poetae, qui talia ad Medeam transtulerit, crimine statuere licet: aut illa verba nec a Medeae persona aliena sunt; ex quo consequitur nihil inde de iteratione fabulae colligi posse. Atqui non sunt aliena: nam neque caedem liberorum si δυςσεβῆ φόνον dicit, foediore eam rem nomine appellat, quam quod ipsam, quae fecisset, deceret, ut visum est Boeckhio, neque hoc quidem loco invidiose Corinthus γῇ Σισύφου vocatur[5]). Postremo si quis miretur, qua mente sollemnia sacra Corinthiis ad expiandum scelus iniungat Medea, cuius nulla apud illos auctoritas esse potuit: ob eam rem ne ad causam dicendam aut poeta aut nos vocemur, facit ambigua vis verbi προςάψομεν. Quae quum ita sint, eo revolvimur, ut alia circumspicienda sint argumenta, quibus id, a quo omnis haec disputatio profecta est, demonstretur.

Ac quum in ipsa fabula nulla esse relicta duplicis editionis vestigia docuerimus, reperiuntur tamen et verba nonnulla et versus, qui quum ex Euripidis Medea repetiti esse dicantur neque tamen in ea, quam hodie tenemus, fabula exstent, magna est suspicio lectos olim in altera eius editione. Ex eo genere sunt duo versus a Stobaeo Tit. LXXVIII. p. 453 = 333. servati:

τὸ θρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις
Πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φῦσαι τέκνα.

tertius haud dubie Euripideus (Fragm. Inc. CXI.)

Μισῶ σοφιστήν, ὅςτις οὐχ αὑτῷ σοφός,

quem ex Medea Euripidis petitum esse inde coniiciunt, quod eum qui Latine interpretatus est Ennius (Cic. ad Fam. VII, 6. coll. de Off. III, 15.), in cognomine fabula, facta illa ad exemplum Euri-

---

3) ad Elmsleii Medeam p. 372. ed. Lips.
4) de Trag. Gr. p. 167.
5) Cf. Gaetulici Epigr. V. Anal. Br. II. p. 167.

pideae, posuit. At hoc quidem argumentum non eiusmodi est, ut illud, quod inde effici volunt, necessario concedendum sit: modo reputaveris non ita Latinos poetas in Graecorum exemplarium imitatione versatos esse, ut verbum verbo redderent neque ab eo, quem ducem plerisque in rebus sequerentur, in aliis discedere fas ducerent. Neque maior fides versuum, quos ex Medea Euripidis sumptos margo Stobaei testatur: qui non addito neque poetae neque fabulae nomine leguntur apud Clem. Alex. Paedag. I. p. 127, 25. In codice autem Stobaei Parisiensi adscriptum est *Βιότου ἐκ Μηδείας*. Itaque sive illi versus sunt Bioti cuiusdam, de quo nihil constat, sive, ut suspicatur Elmsleius, Dionysii tyranni [6]), certe Euripidis non esse confitendum est. Hesychii locum s. v. *Ἀπαιώνιστον* corruptum esse collato cod. Venet. intellectum est: cuius lectionem, et ipsam mendosam, utrum recte refinxerit Elmsleius necne, non dixerim; illud certum est, nihil eum continere, quod ad Medeam Euripidis pertineat. Relinquitur testimonium Schol. Aristoph. Ach. 119., qui ad verba Comici: *ὦ θερμόβουλον πρωκτὸν ἐξυρημένε*, haec annotavit: *παρῳδίᾳ χρῆται. ἔστι γὰρ ἐν τῇ Μηδείᾳ Εὐριπίδου· ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον.* Hoc igitur uno auctore non credo repertum iri qui secundis curis correctam exstitisse Medeam existimet, neque dubito, quin, qui istos homines norit, memoria lapsum esse Scholiastam Elmsleio concedat.

Sed ne cui iusto morosiores in repudianda duplici huius fabulae editione videamur, demus esse nonnulla eorum, quae commemoravimus, talia, in quibus emendatricem poetae manum agnoscere liceat. Illud profecto iure postulamus, ut unum certe afferatur eiusmodi argumentum, quod exceptionem non patiatur. Videndum igitur, utrum, quae una reliqua est ex rationibus virorum doctorum [7]), nutantem adhuc libram inclinare possit. Refert auctoritate Parmenisci Schol. ad v. 10. Euripidem, quinque talentûm mercede corruptum a Corinthiis, caedem liberorum Medeae, quos ab ipsis interfectos vulgaris fabula ferret, in matrem transtulisse [8]).

---

[6]) De huius tragoediis erudite disputavit Meinekius ad Euphor. p. 163 sq.

[7]) Adiecit nuper aliam rationem Wolperus, ductam ex Aristot. Poet. 16., quam refutavit Hermannus ad Elmsl. Med. p. 405.

[8]) Cf. Aelian. V. H. V, 21. Pausan. II, 3, 6. Philostr. Heroic. c. 19. p. 740. Olear. Primum Euripidem hoc in Medeam parricidium contulisse sunt qui Aristotelis quoque loco Poet. 15. confirmari existiment. Artifices cur Euripidem quam

Id accidisse Boeckhius [9]) eo tempore coniecit, quum alteram Medeae editionem moliretur: prius enim de eius consilio istos vix resciscere potuisse. Perspicuum est autem non inesse in hac ratione quod requirebamus. Etenim, si certum esset correctam edidisse hanc fabulam Euripidem, crederem equidem fortasse id eum donis commotum fecisse, ut piaculo Corinthios liberaret. Nunc quum ad coniecturam res redeat, non video, cur magis ut tanquam Stesichoream quandam palinodiam componeret, quam ut aliorum poetarum, qui in communi fama acquievissent, narrationi contradiceret, conductum esse Euripidem suspicemur. Qui si olim et ipse Corinthios caedis auctores prodidisset idque illi aegre tulissent, alium, opinor, poetam adiissent, qui ab isto crimine eos vindicaret. Ita fit, ut, hoc etiam erepto praesidio, tota illa duplicis editionis opinio relinquenda videatur.

---

antiquam famam sequi maluerint, patet. Cf. v. c. de Timomachi Medea Plutarch. de aud. poet. p. 18. A. Anal. Br. T. II. p. 174. 499. Similem imaginem describit Lucian. de domo §. 31. T. III. p. 207. Callistr. Stat. XIII.

[9]) de Trag. Gr. p. 166 sq.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΤΡΟΦΟΣ.
ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.
ΜΗΔΕΙΑ.
ΧΟΡΟΣ ΓΥΝΑΙΚΩΝ ΠΟΛΙΤΙΔΩΝ.
ΚΡΕΩΝ.
ΙΑΣΩΝ.
ΑΙΓΕΥΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΠΑΙΔΕΣ ΜΗΔΕΙΑΣ.

Προλογίζει δὲ ἡ τροφός.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ
ΜΗΔΕΙΑ.

ΤΡΟΦΟΣ.

Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Συμπληγάδας,
μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε
τμηθεῖσα πεύκη, μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας

v. 1. Iasonis et Medeae historiam cognoscere licet ex Apollod. Bibl. I, 9, 16 sqq. Ovid. Metam. lib. VII init. [Initium huius fabulae sic interpretatus est Ennius apud Cic. ad Herenn. lib. II. cap. 22. §. 39. et Priscianum de versibus comicis p. 1325, 15. ed. Putsch. Utinam ne in nemore Pelio securibus Caesa accidisset abiegna ad terram trabes: Neve inde navis inchoandae exordium Coepisset, quae nunc nominatur nomine Argo, qua vecti Argivi, delecti viri, Petebant illam pellem inauratam arietis, Colchis imperio regis Peliae per dolum. Nam nunquam hera errans mea domo ecferret pedem, Medea animo aegra, amore saevo saucia., quorum singula singulis locis memorat Cicero. Vide Orellii Onom. Tullian. P. II. p. 233. R. K.]

v. 2. κυανέας Συμπληγάδας] De Symplegadibus, quae et Συνδρομάδες (Theocr. XIII, 22.) et Πλαγκταί sive erraticae appellatae sunt, etiam Φόρκου πύλαι (Schol. Theocr. l. c. ex emend. Meinekii ad Menandr. p. 141.) et simpliciter Κυάνεαι, omnia nota ex Hom. Od. μ, 61. ψ, 327. Apoll. Rhod. II, 317. 549. Apollod. I, 9, 22. [Verba Κόλχων ἐς αἶαν interiecta inter διαπτάσθαι et Συμπληγάδας ea fere ratione, quam explicavit Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 294. F. I.]

v. 3. μηδ' ἐν νάπαισι] Catull. LXIV, 1: Peliaco quondam prognatae vertice pinus Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas Phasidos ad fluctus et fines Aeetaeos.

v. 4. ἐρετμῶσαι] κώπαις ἁρμόσαι, Hesych. Nonnum hac ex Euripide sumpta formula delectari monuit Hermannus ad Orph. p. 815.

ἀνδρῶν ἀρίστων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρος
Πελίᾳ μετῆλθον. οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ
Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας,
ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος,
οὐδ' ἂν κτανεῖν πείσασα Πελιάδας κόρας
πατέρα κατῴκει τήνδε γῆν Κορινθίαν
ξὺν ἀνδρὶ καὶ τέκνοισιν, ἁνδάνουσα μὲν
αὐτή τε πάντα συμφέρουσ' Ἰάσονι,

v. 5. Wakef. et Pors. coniecerunt *ἀριστέων*, probante Hermanno. Vulg. defendit Welcker. ad Theogn. p. XXII. recte. Nec Soph. Aiac. 1283. mutatione eget; vide ibi Herm. Male etiam Eurip. Suppl. 1167. tentavit Lentingius. Cf. Alc. 920. [*ἀνδρῶν ἀρίστων* est fortissimorum virorum, quod etiam Ennii interpretationi: delecti viri, maxime convenit, ut id non de genere, sed de fortitudine dicatur. Ac si saepe Argonautae ab Apollonio Rhodio aliisque poetis *ἄνδρες ἀριστεῖς* vocantur, inde non sequitur semper eos ita appellandos esse. Luculentum in eam rem testimonium est Apollodori Bibl. I, 9, 16: *Καὶ χρωμένῳ ὁ θεὸς αὐτῷ [τῷ Ἰάσονι] πλεῖν ἐπέτρεψε συναθροίσαντι τοὺς ἀρίστους τῆς Ἑλλάδος*. R. K.]

v. 13. *πολιτῶν*] Omnes libri mss. habent *πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα*, et quod in Rom. A. superscriptum est *αις* in syllaba *ῶν*, id non potest dubitari quin ab librario quopiam profectum sit, qui quum intellexisset, quae constructio vere in hoc loco esse deberet, non tamen causam, quamobrem Euripides ab usitata dicendi ratione recessisset, assecutus erat. Is enim quum dicere posset, ut metrum interea omittamus: *ἁνδάνουσα μὲν πολίταις, ὧν χθόνα φυγῇ ἀφίκετο*, tamen, quia non sine aliqua vi ante posuerat vocabulum *φυγῇ*, non iam potuit dicere *πολίταις*, quod *φυγῇ* pertinebat ad enuntiationem relativam, sed necessario dixit attractionis

v. 5. *πάγχρυσον*] Pind. Pyth. IV, 68: *τὸ πάγχρυσον νάκος κριοῦ*. Vide Boeckhii Explicat. p. 277.

v. 6. *Πελίᾳ μετῆλθον*] Petebant — imperio regis Peliae, ut ait Ennius. Dativus est commodi quem dicunt. Suppl. 14: *Οἰδίπου παγκληρίας Μέρος κατασχεῖν φυγάδι Πολυνείκει θέλων*. [Soph. Ai. 1045: *Μενέλαος, ᾧ δὴ τόνδε πλοῦν ἐστείλαμεν.*] — *μετῆλθον*. Theocrit. XIII, 16: *Ἀλλ' ὅκα τὸ χρύσειον ἔπλει μετὰ κῶας Ἰήσων*. Cf. Valck. ad Phoen. 1327. Brunck. ad Apoll. Rhod. I, 4.

v. 7. *πύργους—ἔπλευσ'*] I. e. *πρὸς π. ἔ.* Sic infra v. 12. 680. 682. 920. 1143. cf. Matth. §. 409. 4. a. [Nempe antiquo sermone casus accusativus sine praepositione motionem in aliquem locum significavit, quem usum ibi, ubi difficilis causa non erat, maxime poetae retinuerunt. R. K.]

v. 8. *ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ'*] Infra 639: *Θυμὸν ἐκπλήξασ' ἑτέροις ἐπὶ λέκτροις*. Hipp. 38: *στένουσα κἀκπεπληγμένη κέντροις ἔρωτος*. Helen. 1417: *τοῦ πρόσθεν ἀνδρὸς χάρισιν ἐκπεπληγμένην*. Xenoph. Conviv. IV, 23: *ὑπὸ τοῦ ἔρωτος ἐκπλαγέντα*. Adde Plat. Phaedr. p. 255. B. 259. D. Amator. p. 133. A. Conviv. p. 192. C. Aeschin. c. Timarch. §. 134. Polyb. III, 18.

V. 11. Verbis *ἁνδάνουσα μέν* respondent haec: *νῦν δ' ἐχθρὰ*

φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα,
ἥπερ μεγίστη γίγνεται σωτηρία,
ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ·
νῦν δ' ἐχθρὰ πάντα, καὶ νοσεῖ τὰ φίλτατα.
προδοὺς γὰρ αὑτοῦ τέκνα δεσπότιν τ' ἐμὴν
γάμοις Ἰάσων βασιλικοῖς εὐνάζεται,
γήμας Κρέοντος παῖδ', ὃς αἰσυμνᾷ χθονός.
Μήδεια δ' ἡ δύστηνος ἠτιμασμένη

licentia usus, quam sermo Graecus concessit: ἀνδάνουσα μὲν φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα. Simillimus est locus Euripidis de Heraclidis v. 67 sq., quem attulit P. Elmsleius: Ἄπαιρ'. ἐγὼ δὲ τούσδε, κἂν σὺ μὴ θέλῃς, Ἄξω κομίζων οὗπέρ εἰσ' Εὐρυσθέως. Id est enim nihil aliud nisi: ἄξω κομίζων τούτῳ, οὗπέρ εἰσ' Εὐρυσθέως. Nam quod G. Hermannus putavit, non τούτοις ante φυγῇ πολιτῶν ὧν, sed potius in fine sententiae ex accusativo χθόνα supplendum esse χθονί vel ταύτῃ, id dupliciter falsum est: primum quod ipsa verborum collocatio: ἀνδάνουσα μὲν φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα, primariam in his verbis notionem esse πολιτῶν ostendit, deinde quod, quum χθόνα hic aperte nihil significet nisi terram illam ipsam, in quam vestigium posuerat Medea, non civitatem vel incolas eius terrae, ἀκυρολογία esset, si vellemus unam vocem dupliciter intelligere. Ac nemo etiam in Latino sermone, si quando haec verba audit: placens quidem in quorum civium fines fuga sua pervenerat, aliter intelliget nisi ita, ut e sequentibus ad placens pronomen iis adsumat: placens quidem iis, in quorum civium terram fuga sua pervenerat. Ceterum non opus est a nobis, explicata omnium librorum auctoritate, confutari coniecturas, quas satis multas satisque temerarias h. l. fecerunt critici. R. K.

πάντα: intulit enim post participium verbum finitum, quo nihil frequentius. Lucianus Icarom. §. 11: ἀλλ' ἐπὶ τὸν Ὄλυμπον ἀναβὰς καὶ ὡς ἐνῆν μάλιστα κούφως ἐπισιτισάμενος, τὸ λοιπὸν ἔτεινον εὐθὺ τοῦ οὐρανοῦ, τὸ μὲν πρῶτον ἰλιγγιῶν ὑπὸ τοῦ βάθους, μετὰ δὲ ἔφερον καὶ τοῦτο εὐμαρῶς. Cf. Boeckh. Explicat. ad Pind. p. 105.

v. 13. πάντα συμφέρουσ'] omnia una tolerans, omnibus in rebus concors. Aristoph. Lysistr. 165: οὐ γάρ οὐδέποτ' εὐφρανθήσεται Ἀνήρ, ἐὰν μὴ τῇ γυναικὶ συμφέρῃ. Medio utitur Plato de Legg. XI. p. 929. E. Cf. Hermann. ad Soph. Philoct. 623. Tetigit nostrum locum etiam Elmsleius ad Heracl. 919.

iectura posuerunt: *τοῦτ' ἔτ' ἄλγιον*, id minus aptum ad sententiam est. Iure enim A. Matthiae dixit esse verba: *κακοῦ γὰρ τοῦδ' ἔτ' ἄλγιον κακόν*, quasi Latine dicas: Sed hoc leve: istoc enim malo acerbius est aliud, itaque recte negavit ille vix posse deesse accuratiorem definitionem, quam pronomen demonstrativum contineret. Tum autem post *κακόν* eodem auctore minor distinctio ponenda est, quia verba quae sequuntur: *κἂν τῷδ' ἀγὼν μέγιστος*, nihil continent nisi explicationem priorum, nec iam nova in eo loco orditur sententia. Fortasse etiam in Aeschyli Prometheo v. 933. cum Elmsleio rescribendum est: *'Αλλ' ἆθλον ἄν σοι τοῦδ' ἔτ' ἀλγίω πόροι*. R. K.

nem horum verborum explicandorum monstravit iam G. Hermann., quamquam ille quidem non satis recte commate ante *πάντα* incidens orationem. Haec enim et talia dicuntur coniuncte potius, veluti in Platonis Protagora p. 313. A. ed. H. Steph. *ὃ δὲ περὶ πλείονος τοῦ σώματος ἡγεῖ, τὴν ψυχήν, καὶ ἐν ᾧ πάντ' ἐστὶ τὰ σὰ ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττειν χρηστοῦ ἢ πονηροῦ αὐτοῦ γενομένου κτἑ.* Ex hoc autem loco apparebit non posse infinitivum aliter explicari, ac fecit Hermann., qui recte etiam *καλῶς γιγνώσκειν* interpretatus est, ut id ad omne institutum vitae pertinere diceret, coll. Iphigenia Aul. 107: *ἃ δ' οὐ καλῶς Ἔγνων τότ', αὖθις μεταγράφω καλῶς πάλιν.* Miro autem modo Pflugkius dixerat sibi videri infinitivum pendere a verbo *ἐκβέβηκε*, coll. Philostrato V. A. II, 1. p. 49: *χρυσοῦν γὰρ ψέλιον ἢ πρώτη κάμηλος ἔφερεν ἐπὶ τοῦ μετώπου, γινώσκειν τοῖς ἐπιτυγχάνουσιν, ὡς πέμποι τινὰ ὁ βασιλεὺς τῶν ἑαυτοῦ φίλων*, qui locus valde discrepat ab illo Euripidis loco. Quod autem Musgrav. scribendum coniecit: *γιγνώσκεις καλῶς*, id male turbat et orationem et sententiam huius loci. R. K.

v. 231. *φυτόν*] Geschöpf. De mulieribus iterum Hipp. 630: *ὁ δ' αὖ λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους φυτόν*. Cf. Valcken. ad Callim. p. 153. Heind. ad Plat. Soph. p. 333. Respexit h. l. Lucianus Mort. Dial. 28, 2. Ceterum recte monet schol. haec praeter consuetudinem heroicae aetatis dici, coll. Hom. Il. λ', 244. [Addidit Elmsl. Hipp. 627 sqq.]

v. 234. *κακοῦ γὰρ τοῦδ' ἔτ' ἄλγιον κακὸν κτἑ.*] Debebat post *πρῶτα μέν* sequi *ἔπειτα* vel *ἔπειτα δέ*, sed eo, quod per *γάρ* particulam sequentia suspensa a superioribus verbis sunt, necessario ista constructionis ratio praetermissa est, ut intima vis sententiae responsionem faciat,

κἀν τῷδ' ἀγὼν μέγιστος, ἢ κακὸν λαβεῖν
ἢ χρηστόν. οὐ γὰρ εὐκλεεῖς ἀπαλλαγαὶ
γυναιξίν, οὐδ' οἷόν τ' ἀνήνασθαι πόσιν.
εἰς καινὰ δ' ἤθη καὶ νόμους ἀφιγμένην
δεῖ μάντιν εἶναι, μὴ μαθοῦσαν οἴκοθεν,
ὅτῳ μάλιστα χρήσεται συνευνέτῃ.
κἂν μὲν τάδ' ἡμῖν ἐκπονουμέναισιν εὖ
πόσις ξυνοικῇ, μὴ βίᾳ φέρων ζυγόν,
ζηλωτὸς αἰών· εἰ δὲ μή, θανεῖν χρεών.
ἀνὴρ δ' ὅταν τοῖς ἔνδον ἄχθηται ξυνών,
ἔξω μολὼν ἔπαυσε καρδίαν ἄσης,
ἢ πρὸς φίλων τιν' ἢ πρὸς ἥλικας τραπείς·
ἡμῖν δ' ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν.
λέγουσι δ' ἡμᾶς, ὡς ἀκίνδυνον βίον

v. 235. *ἢ κακὸν λαβεῖν*] Lasc. A. Rom. A. B. (sed in his vulgata scriptura supra scripta est), D. E. *λάβῃ*. R. K.

v. 240. *συνευνέτῃ*] Sic scripsi e Lasc. Rom. A. B. D. E. Havn. Vulgo: *ξυνευνέτῃ*. Idem consilium secutus sum etiam aliis locis, uti v. 284., ubi scripsi *συμβάλλεται* pro vulgato *ξυμβάλλεται*, e libris tantum non omnibus. R. K.

v. 245. *καρδίαν ἄσης*] Sic libri plurimi et Eustath. p. 635, 14. Contra Porson. e lectione Aldinae *καρδίας χόλον* et e testimonio Olympiodori apud Ruhnkenium ad Timaeum p. 247. scripsit *καρδίας ἄσην*, cui scripturae opitulantur etiam Rom. D., qui eam ipsis verbis scriptam exhibet, Havn., qui habet *καρδίαν ἄσην* et in margine *ἄσης*, denique glossema cod. Flor. 10. *ἄσην· ῥύπον*. R. K.

v. 246. *ἢ πρὸς φίλων τιν' ἢ πρὸς ἥλικας τραπείς*] Sic lib. Havn. haec scripta exhibet, cui in *φίλων* accedunt Aldina, Florentini tres et, ut videtur, bona pars librorum Parisiensium, *ἥλικας* autem solus exhibet Havn. Contra *φίλον* habent Lasc. Paris. A. Rom. A. B. C. D. Vict. et *ἥλικα* libri reliqui omnes. *πρὸς φίλων τινά* recepi, quod mihi olim *ΦΙΛΟΝ* facilius in *φίλον*, quam in *φίλων* mutari potuisse videtur; *ἥλικας* recepi, quod et metro et non amplius particula. Vide annot. criticam. R. K.

v. 236 sqq. Respexisse videtur ius Atticum, difficile ac morosum mulieribus *ἀπόλειψιν* molientibus. Vide Meier. Att. Process. p. 414. — *ἀνήνασθαι*, repudiare. Pind. Nem. V, 33: *εὐθὺς δ' ἀπανάνατο νύμφαν*. Cf. Eur. Bacch. 533.

v. 245. Aeque bene dicitur *παύειν καρδίαν ἄσης* et *π. καρδίας ἄσην*. Soph. El. 798: *εἰ τήνδ' ἔπαυσας τῆς πολυγλώσσου βοῆς*. [De Euripide cf. Bacch. 280: *ὃ παύει τοὺς ταλαιπώρους λύπης*. et de altera constructione huius fab. v. 195: *στυγίους δὲ βροτῶν οὐδεὶς λύπας εὕρετο μούσῃ καὶ πολυχόρδοις ᾠδαῖς παύειν*. R. K].

v. 247. *πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν*] Antipat. Stobaei tit. LXV. p. 417, 40: *Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι κοινωνίαι καὶ ἑτέρας τινὰς ἀποστροφὰς ἔχουσι, ταύτας δ' ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν, τὴν τοῦ ἀνδρός*. Sic etiam Gl. cod. Flor. 10. *μίαν ψυχήν· τὴν τοῦ ἀνδρός*. Sic reliqui in-

ζῶμεν κατ' οἴκους, οἱ δὲ μάρνανται δορί,
κακῶς φρονοῦντες· ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ.
ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πρὸς σὲ κἄμ' ἥκει λόγος·
σοὶ μὲν πόλις θ' ἥδ' ἐστὶ καὶ πατρὸς δόμοι
βίου τ' ὄνησις καὶ φίλων συνουσία,
ἐγὼ δ' ἔρημος, ἄπολις οὖσ' ὑβρίζομαι
πρὸς ἀνδρός, ἐκ γῆς βαρβάρου λελῃσμένη,
οὐ μητέρ', οὐκ ἀδελφόν, οὐχὶ συγγενῆ
μεθορμίσασθαι τῆσδ' ἔχουσα συμφορᾶς.
τοσοῦτον οὖν σου τυγχάνειν βουλήσομαι,
ἤν μοι πόρος τις μηχανή τ' ἐξευρεθῇ
πόσιν δίκῃ τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν

sententiae accommodatius esse videretur. Cf. Porson. ad h. l. et ad Orest. 64. et Elmsl. ad Oed. T. p. 79. ed. Lips. R. K.

v. 254. *φίλων συνουσία*] Sic libri et veteres edd. omnes. Non debebant critici ex varietate lectionis lib. Paris. A. Rom. D. et e cod. Flor. 10., qui *κοινωνία* in ordine verborum, *συνουσία* in margine habet, recipere *κοινωνία*. Nam aeque *κοινωνία* in glossemate usurpari a scholiasta poterat atque *συνουσία*. Vide omnino quae disputavi ad Luciani Somn. s. Gall. p. 17 sq. R. K.

v. 261. *δίκῃ*] I. e. *ἐνδίκως*, ut infra v. 267. Elmsl. ad Heracl. 852. coni. *δίκην*, quod confirmatum a Rom. D. Flor. 15. probavit Matth., recepit Dind. Non necessarium videtur, cf. Matth. §. 368. a. [Non recte fecerunt qui optimorum librorum testimonium posthabuerunt levi indicio duorum librorum deteriorum. Neque enim opus erat genitivum *τῶνδε κακῶν* apposito accusativo *δίκην* explicari: is enim recte a verbo *ἀντιτίσασθαι* suspensus est: sed debebat Medea potius id efferre atque id inculcare auditoribus, se iure, aut dicam: uti par esset, velle ulcisci hasce mariti iniurias. Id autem rectissime significatur, si *δίκῃ*, non *δίκην* scribimus. R. K.]

terpretes plerique omnes. Bothius contra putat unam mulieris animam dici. R. K.

v. 250. *κακῶς φρονοῦντες*] Haec iunge cum verbo *λέγουσι*. Sic Heracl. 56: *Ἦπου καθῆσθαι τήνδ' ἕδραν καλὴν δοκεῖς Πόλιν τ' ἀφῖχθαι σύμμαχον, κακῶς φρονῶν*. Cf. Isocrat. Philipp. §. 7. Philostr. V. A. I, 2. p. 3.

Ibid. *παρ' ἀσπίδα στῆναι*] Phoen. 1008: *στάντες παρ' ἀσπίδ' οὐκ ὀκνήσουσιν θανεῖν*. Laudat h. l. Lucian. Somn. s. Gall. §. 19. [Vertit haec Ennius ap. Varr. de l. L. V. p. 60. et ap. Non. p. 261, 18. ed. Merc. in hunc modum: Nam ter sub armis malim vitam cernere, quam semel modo parere. R. K.]

v. 258. *μεθορμίσασθαι*] tamquam statione mutata praesentem calamitatem subterfugere. Translatus huius verbi usus, qui etiam infra v. 442. et in Alc. 798. habetur, fluxit ex illa satis pervulgata ratione, qua vita hominum cum navigatione comparatur.

v. 259. Similiter in Hipp. 710.

τὸν δόντα τ' αὐτῷ θυγατέρ' ἥν τ' ἐγήματο,
σιγᾶν. γυνὴ γὰρ τἄλλα μὲν φόβου πλέα,
κακή δ' ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰςορᾶν·
ὅταν δ' ἐς εὐνὴν ἠδικημένη κυρῇ,
οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα.

ΧΟΡΟΣ.

δράσω τάδ'· ἐνδίκως γὰρ ἐκτίσει πόσιν,
Μήδεια. πενθεῖν δ' οὔ σε θαυμάζω τύχας.
ὁρῶ δὲ καὶ Κρέοντα, τῆςδ' ἄνακτα γῆς,
στείχοντα, καινῶν ἄγγελον βουλευμάτων.

ΚΡΕΩΝ.

σὲ τὴν σκυθρωπὸν καὶ πόσει θυμουμένην,
Μήδειαν, εἶπον τῆςδε γῆς ἔξω περᾶν
φυγάδα, λαβοῦσαν δισσὰ σὺν σαυτῇ τέκνα,
καὶ μή τι μέλλειν· ὡς ἐγὼ βραβεὺς λόγου

v. 267. **δράσω τάδ'**] Sic edd. vett. et aliquot libri. Multi libri habent **δρᾶσον**, uti Rom. A. B. Paris. A. Mag. Cotton. Flor. 2. 10. 15. Havn., quod tamen mero describentis librarii errore natum esse videtur. Habet etiam Rom. A. supra scriptum **δράσω**. Vide v. 184. 927. 1019. R. K.

petit Phaedra a choro, ut quae viderit taceat. Cf. Soph. Electr. 468.

v. 262. *ἥν τ' ἐγήματο*] Scil. ὁ Ἰάσων. Notavit hunc locum Eustath. ad Il. θ. p. 694, 24., quod Euripides contra regulam grammaticorum *γήμασθαι* de viro dixit. Dixit etiam Anacreon apud Ammon. et Antiphanes ap. Bekk. Anecd. I. p. 86., sed, ut recte monuit Valckenarius, figurate. Ac similem lusum ut in hunc quoque locum inferret, Porsonus coniecit, id quod etiam syntaxis postulat, *ᾗ τ' ἐγήματο*. Sed mihi non videtur licuisse tragico poetae quod licuit comico et ludicrae Anacreontis Musae. Veri igitur simillimum videtur, quod reposuit Elmsleius, *ἥ τ' ἐγήματο*, i. e. *ἐκείνην τε, ἣ ἐγήματο*, coll. v. 515: *πτωχοὺς ἀλᾶσθαι παῖδας ἥ τ' ἔσωσά σε*. Aliam rationem, sed eam parum probabilem, iniit Seidlerus ad Elect. 246., cui Euripides „posuisse videtur accusativum ob accusativos praecedentes *πόσιν* et *δόντα*. Valebit igitur, inquit, illud *ἥν αὐτήν, ἥ*." [Denique G. Hermannus verbum *ἐγήματο* retulit ad Creontem, ut hoc diceretur: et qui dedit ei filiam et quam dedit, *γήμασθαι* enim esse proprie dare in matrimonium. R. K.]

v. 267. *δράσω τάδ'*] I. e. *σιγήσομαι*. R. K.

v. 272. *εἶπον*] Vide ad v. 223.

v. 278. *ἐξιᾶσι πάντα δὴ κάλων*] Proverbialis locutio, cui similis alia *πάντα λίθον κινεῖν* (Hemsterh. Anecd. p. 124.), de iis, qui nihil non experiuntur. Aristoph. Equit. 753: *νῦν δεῖ σε πάντα δὴ κάλων ἐξιέναι σεαυτοῦ*. Vide ad h. l. Kusterum et Valcken. Diatrib. p. 233. B. *Πάντα κάλων ἐκτείνειν* eadem sententia dixit Plato Protag. p 338. A., *πάντα κάλων κινεῖν* Lucian. Scyth. §. 11.

τοῦδ' εἰμί, κοὐκ ἄπειμι πρὸς δόμους πάλιν,
πρὶν ἄν σε γαίας τερμόνων ἔξω βάλω.

ΜΗΔΕΙΑ.

αἰαῖ· πανώλης ἡ τάλαιν' ἀπόλλυμαι.
ἐχθροὶ γὰρ ἐξιᾶσι πάντα δὴ κάλων,
κοὐκ ἔστιν ἄτης εὐπρόσοιστος ἔκβασις.
ἐρήσομαι δὲ καὶ κακῶς πάσχουσ' ὅμως,
τίνος μ' ἕκατι γῆς ἀποστέλλεις, Κρέον.

ΚΡΕΩΝ.

δέδοικά σ', οὐδὲν δεῖ παραμπέχειν λόγους,
μή μοί τι δράσῃς παῖδ' ἀνήκεστον κακόν.
συμβάλλεται δὲ πολλὰ τοῦδε δείματος·
σοφὴ πέφυκας καὶ κακῶν πολλῶν ἴδρις,
λυπεῖ δὲ λέκτρων ἀνδρὸς ἐστερημένη.
κλύω δ' ἀπειλεῖν σ', ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι,

v. 282. *παραμπέχειν*] Sic Flor. A. Paris. A. Rom. A. B. D. E. Flor. 2. 10. 15. Havn., quibus libris accedunt *περαμπέχειν* lib. Put. et *παραμπέσχειν* Lasc. Pauciores libri et scholiasta *παραμπίσχειν*. R. K.

[Recte observavit G. Hermann. ad Euripidis Helenam v. 1609. p. 158., quod olim quasi simile eius rei exemplum posuerat Pflugk.: *πάντα κάλων ἀνιέναι*, e Dion. Chrysost. orat. IV. p. 165. ed. Reisk., id contraria dici sententia, quod ait ille cognosci potuisse e scholio, quod Morell. ad eum ipsum locum haberet. Repetivit tamen nuper etiam A. Witzsch. non monito lectore Pflugkii annotationem. R. K.]

v. 284. *τοῦδε δείματος*] I. e. *ἐς τόδε δεῖμα*, interprete Musgravio, quem secutus est A. Matthiae in Gr. Gr. §. 316. p. 434. §. 326, 3. ed. nov. Quamquam quae idem in commentariis criticis de structurae satis insolentis ratione exposuit, ea nescio an aliis, mihi quidem minime satisfaciunt. Cogitasse enim poetam de *συλλαμβάνεσθαι*, *συνάρασθαί τινος*, adiuvare, cuius vis in *συμβάλλεσθαι*, conferre ad aliquid, quodammodo insit. Mihi genitivi a voc. *πολλά* pendere videntur, hac sententia: multa huius timoris (i. e. multa quae hunc timorem excitent, multae huius timoris causae) conveniunt. Aeschyl. Choeph. 999. ed. Blomf.: *φόνου δὲ κηλὶς ξὺν χρόνῳ ξυμβάλλεται, Πολλὰς βαφὰς φθείρουσα τοῦ ποικίλματος*. [Non satis recte dixit Pflugk. simpliciter genitivos *τοῦδε δείματος* suspensos esse a vocabulo *πολλά*. Namque isti genitivi non sunt suspensi ab eo vocabulo, nisi per quandam prolepsin. Proprie enim hoc dicitur: Concurrunt vero multa quae sint eius timoris, i. e. quae faciant ad illum timorem eumque in nobis excitent. Tale quid videtur A. Matthiae obversatum esse, sed ille rem parum explicavit. R. K.]

v. 287. Nulla in his tautologia est, quam ferendam non putaverat Brunckius. *Κλύω*, *ὡς*

τὸν δόντα καὶ γήμαντα καὶ γαμουμένην
δράσειν τι. ταῦτ' οὖν πρὶν παθεῖν φυλάξομαι.
κρεῖσσον δέ μοι νῦν πρός σ' ἀπέχθεσθαι, γύναι,
ἢ μαλθακισθένθ' ὕστερον μέγα στένειν.

ΜΗΔΕΙΑ.

φεῦ φεῦ·
οὐ νῦν με πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις, Κρέον,
ἔβλαψε δόξα μεγάλα τ' εἴργασται κακά.
χρὴ δ' οὔποθ' ὅςτις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ
παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς·
χωρὶς γὰρ ἄλλης ἧς ἔχουσιν ἀργίας
φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυςμενῆ.

v. 304. Hunc versum primus Piersonus Verisimilium p. 58. suppositicium esse putavit, quod infra v. 808. eadem fere verba repeterentur, quem secuti sunt Porsonus, A. Matthiae, Elmsleius, Dindorfii, alii critici. Unus defendit Firnhaberus l. l. p. 138 sqq. idque rectissime. Nam et scholiasta agnoscit versum et omnes libri habent. Etenim quod ille versus in libro Paris. A. non scriptus est nisi in margine, id iam critici viderunt propterea factum esse, quod alter versus ab eisdem litteris inciperet, eoque minus valet, quod eadem manus reprehendit versum, qui omissus erat. Ad sententiam autem, si quis rem recte

ἀπαγγέλλουσί μοι est idem quod *κλύω ἀγγέλων*.

v. 289. *φυλάξομαι*] Aeschines Epist. V, 4. p. 476. Bekk.: *ἃ γὰρ ἐγὼ παθὼν ἐδιδάχθην, ταῦτα πρὶν παθεῖν φυλάττεται, σοφίᾳ καὶ οὐχ ὥςπερ οἱ ἄφρονες πείρᾳ διδασκόμενος.*

v. 295. *ἐκδιδάσκεσθαι*] instituendum curare (vid. Heind. ad Plat. Protag. p. 517. Matth. §. 492. c.), *σοφούς*, *ὥςτε σοφοὺς γενέσθαι*, conf. Matth. §. 420, 3.

v. 296. Sententiam bene expressit Matthiae: praeterquam enim, quod inertiae insimulantur, quia in otio aetatem degunt, in invidiam etiam civium incidunt. Male Wyttenbachius ad Ecl. hist. p. 293. Lips. et ad Plutarch. Tom. I. p. 418. *ἀργίαν* interpretatur otium sapientis. *Ἀργίαν ἔχειν* est *ἀργίας αἰτίαν ἔχειν* (vid. not. ad v. 218. et Schaefer. ap. Iacobs. ad Anthol. Pal. p. 973.), et *ἄλλης* abundat, ut apud Platonem Gorg. §. 64: *ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ξένων.*

v. 298. *καινὰ προςφέρων σοφά*] Sic libri et vett. edd. omnes praeter Lasc. Paris. B. Rom. E., qui habent *ἔπη* pro *σοφά*. Id Porson. pro indicio duplicis recensionis habuit. Nam quum Euripides propter hanc ipsam formulam derisus esset ab Aristophane in Thesmoph. v. 1141: *Σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προςφέρων σοφά, Μάτην ἀναλίσκοις ἄν.*, mutasse eum in secundis curis *σοφά* in *ἔπη*. Id quod mihi non recte iudicatum esse videtur. Nam primum, quod iam intellexit Elmsleius, potest Aristophanes etiam alium Euripidis locum ante oculos habuisse, tum unius vocabuli mutatione vix derisio ista declinari poterat, quam ne credo quidem omnino Euripidem ita

σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφὰ
δόξεις ἀχρεῖος κοὐ σοφὸς πεφυκέναι·
τῶν δ' αὖ δοκούντων εἰδέναι τι ποικίλον
κρείσσων νομισθεὶς λυπρὸς ἐν πόλει φανεῖ.
ἐγὼ δὲ καὐτὴ τῆσδε κοινωνῶ τύχης.
σοφὴ γὰρ οὖσα, τοῖς μέν εἰμ' ἐπίφθονος,
τοῖς δ' ἡσυχαία, τοῖς δὲ θατέρου τρόπου,
τοῖς δ' αὖ προσάντης· εἰμὶ δ' οὐκ ἄγαν σοφή.
σὺ δ' οὖν φοβεῖ με μή τι πλημμελὲς πάθῃς.
οὐχ ὧδ' ἔχει μοι, μὴ τρέσῃς ἡμᾶς, Κρέον,
ὥστ' εἰς τυράννους ἄνδρας ἐξαμαρτάνειν.
τί γάρ σύ μ' ἠδίκηκας; ἐξέδου κόρην

reputat, aptissimus est. R. K.

v. 305. *τοῖς δ' αὖ*] Dici vix potest, quoties *δ' οὖν* et *δ' αὖ* particulae confusae sint. Sic hic olim legebatur *δ' οὖν*, quod est ex optimis libris correctum. In seq. autem versu rursus libri optimi *σὺ δ' αὖ* pro *σὺ δ' οὖν* scriptum exhibent, quod ad sententiam minus aptum est. R. K.

v. 309. *τί γὰρ σύ μ' ἠδίκηκας;*] In collocatione verborum parui auctoritati librorum, Lasc. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Havn. Vulgo: *σὺ γὰρ τί μ' ἠδίκηκας;* R. K.

reveritum esse, ut ob eam rem sollicite singula emendaret verba. Deinde locutio *προσφέρειν σοφά* proverbialis fuisse videtur, non propria Euripidis, qua usus est etiam Soph. ap. Athen. X. p. 433. E.: *Διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφὰ οὐκ ἂν πλέον τέρψειας ἢ πιεῖν διδούς.* Postremo etiam isti ipsi libri, qui *ἔπη* pro *σοφά* exhibent, quum sint deteriores, non possunt esse documento antiquam istam scripturam esse, quae ab iis profecta esse videtur librariis, qui *σοφά* parum intellexissent, itaque pro glossemate, quod esse posset, *ἔπη* reciperent. Vide quae Pflugk. disputavit de universa fabula p. 8. R. K.

v. 303 sq. *τοῖς μέν εἰμ' ἐπίφθονος, τοῖς δ' ἡσυχαία κτέ.*] Haec omnia aequabiliter faciunt ad sapientiae vituperationem. Hoc enim dicit Medea: Quod prudens sim, aliis sum invidiosa, quod putant se a me ingenio atque intelligentia superari, aliis vero desidiosa, quod non eis rebus operam dare soleo, quae magis sub oculos cadunt, atque otiari semper videor, aliis vero etiam contraria natura esse videor, ut animus meus acute moveatur atque iracunda (*ὀργίλος*) sim, aliis rursus sum offensioni, quod se a me laedi putant et gravia a me metuunt omnino: sum autem non nimium sapiens, quod dicit Medea, ut invidiam orationis suae deprecetur. R. K.

v. 307. *οὐχ ὧδ' ἔχει μοι*] non ea est rerum mearum conditio, ut reges laedere sustineam. [Vide infra v. 723. R. K.] Simillimus est locus Isocratis Trapez. §. 46: *μετὰ ποίας δ' ἂν ἐλπίδος ἢ τί διανοηθεὶς ἀδίκως ἦλθον ἐπὶ τοῦτον; πότερον ὡς δείσας*

ὅτῳ σε θυμὸς ἦγεν. ἀλλ' ἐμὸν πόσιν
μισῶ· σὺ δ', οἶμαι, σωφρονῶν ἔδρας τάδε.
καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν οὐ φθονῶ καλῶς ἔχειν.
νυμφεύετ', εὖ πράσσοιτε· τήνδε δὲ χθόνα
ἐᾶτέ μ' οἰκεῖν· καὶ γὰρ ἠδικημένοι
σιγησόμεσθα, κρεισσόνων νικώμενοι.

ΚΡΕΩΝ.

λέγεις ἀκοῦσαι μαλθάκ', ἀλλ' ἔσω φρενῶν
ὀῤῥωδία μοι, μή τι βουλεύσῃς κακόν,
τοσῷδε δ' ἧσσον ἢ πάρος πέποιθά σοι·
γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὔτως ἀνήρ,
ῥᾴων φυλάσσειν ἢ σιωπηλὸς σοφός.
ἀλλ' ἔξιθ' ὡς τάχιστα, μὴ λόγους λέγε·
ὡς ταῦτ' ἄραρε, κοὐκ ἔχεις τέχνην, ὅπως
μένῃς παρ' ἡμῖν, οὖσα δυςμενὴς ἐμοί.

ΜΗΔΕΙΑ.

μή, πρός σε γονάτων τῆς τε νεογάμου κόρης.

ΚΡΕΩΝ.

λόγους ἀναλοῖς· οὐ γὰρ ἂν πείσαις ποτέ.

v. 317. *βουλεύσῃς*] Sic libri omnes. Elmsl. coniecit Euripidem scripsisse *βουλεύῃς*, quod non de re aliquando futura, sed quae nunc iam fiat sermo sit. Elmsleii coniecturam probavit G. Hermannus, receperunt Dindorfius atque Pflugkius. Recte vero Witzsch. retinuit librorum scripturam. Potuit enim Euripides et hoc dicere: vereor, ne quid mali meditata sis, et illud: vereor, ne quid meditere. Itaque anteponendum id est, quod libri tuentur. R. K.

τὴν δύναμιν τὴν ἐμὴν ἤμελλεν εὐθύς μοι δώσειν ἀργύριον; ἀλλ' οὐχ οὕτως ἑκάτερος ἡμῶν ἔπραττεν.

v. 314. *ἠδικημένοι*] Masculinum pro feminino, ex more tragicorum, quum plurali numero utuntur de una muliere. Sic infra 771. *μολόντες*. Hecub. 237. 511. Androm. 355 seqq. Conf. Herm. ad Vig. p. 715. Bremi in Allg. Schulz. 1828. N. 33. p. 260 sq.

v. 315. *κρεισσόνων νικώμενοι*] Eadem structura Troad. 23. Iphig. A. 1357. Cycl. 454. Pind. Nem. IX, 2., ubi cf. Dissen. [Conf. Abresch. ad Aeschyl. Tom. II. p. 209. Valcken. ad Hippol. p. 217. V. C. F. R.]

v. 321. *μὴ λόγους λέγε*] Falso olim Valcken. ad Phoenissas 497. scripsit: *μὴ λόγους πλέκε*. Multo simplicius multoque aptius vulgata scriptura est. *λόγους* enim *λέγειν* est fere incassum verba facere, in quam rem Elmsleius excitavit Aristoph. Acharnens. 302: *Σοῦ δ' ἐγὼ λόγους λέγοντος οὐκ ἀκούσομαι μακρούς*. R. K.

v. 322. *ὡς ταῦτ' ἄραρε*] quoniam haec sententia sedet. Androm. 255: *ὡς τοῦτ'*

ΜΗΔΕΙΑ.
ἀλλ' ἐξελᾷς με κοὐδὲν αἰδέσει λιτάς;
ΚΡΕΩΝ.
φιλῶ γὰρ οὐ σὲ μᾶλλον ἢ δόμους ἐμούς.
ΜΗΔΕΙΑ.
ὦ πατρίς, ὥς σου κάρτα νῦν μνείαν ἔχω.
ΚΡΕΩΝ.
πλὴν γὰρ τέκνων ἔμοιγε φίλτατον πόλις.
ΜΗΔΕΙΑ.
φεῦ φεῦ· βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα.
ΚΡΕΩΝ.
ὅπως ἄν, οἶμαι, καὶ παραστῶσιν τύχαι.
ΜΗΔΕΙΑ.
Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν.
ΚΡΕΩΝ.
ἕρπ', ὦ ματαία, καί μ' ἀπάλλαξον πόνων.
ΜΗΔΕΙΑ.
πονοῦμεν ἡμεῖς κοὐ πόνων κεχρήμεθα.

v. 322 sq. ὅπως μένῃς παρ' ἡμῖν] μένῃς Lasc. Par. A. Flor. A. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Havn., quibus libris obtemperandum fuit. Nam quod in libro Rom. A. adscriptum est: γρ. καὶ μενεῖς, in B. εἷς, id ab iis grammaticis profectum est, qui etiam alias futurum potius quam coniunctivum post ὅπως particulam requisivisse videntur. Mire autem ait A. Matthiae μένῃς sibi ex seq. δυσμενής natum videri. R. K.

ἄραρε, κοὐ μενῶ πόσιν μολεῖν.

v. 331. Versu praecedenti Medea amores hominibus exitiosos dixerat. Hanc sententiam Creon eo restringit, ut eventum eorum varium pro fortuna esse dicat. Apte Elmsleius commemoravit Troad. v. 1051., ubi quum Hecuba dixisset: οὐκ ἔστ' ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ, subiicit Menelaus: ὅπως ἂν ἐκβῇ τῶν ἐρωμένων ὁ νοῦς.

v. 334. Speciosa est Musgravii coniectura: πόνος μέν· ἡμεῖς δ' οὐ πόνῳ κεχρήμεθα; Sed vulgatam recte explicavit A. Matthiae: Immo vero ego in molestia et miseriis versor nec labore careo. (Similia vide apud Brunckium ad Soph. Oed. T. 57.) Verbi structuram idem illustravit exemplis Euripideis, Suppl. 457: ἥκεις δὲ δή τι τῆσδε γῆς κεχρημένος; Iphig. A. 382: τοῦ κέχρησαι; Elmsl. ad Heracl. 801. p. 128. Lips. [Non est frigidus iocus, quem dixit Elmsleius, sed acerbitas quaedam orationis in his Medeae verbis conspicua. Nam quum Creon se a molestia liberari cupisset, quam sibi afferret Medea, illa ait se satis molestiarum ipsam habere

ΚΡΕΩΝ.

τάχ' ἐξ ὀπαδῶν χειρὸς ὠσθήσει βίᾳ.

ΜΗΔΕΙΑ.

μὴ δῆτα τοῦτό γ', ἀλλά σ' αἰτοῦμαι, Κρέον.

ΚΡΕΩΝ.

ὄχλον παρέξεις, ὡς ἔοικας, ὦ γύναι.

ΜΗΔΕΙΑ.

φευξούμεθ'· οὐ τοῦθ' ἱκέτευσά σου τυχεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

τί δ' οὖν βιάζει κοὐκ ἀπαλλάσσει χθονός;

ΜΗΔΕΙΑ.

μίαν με μεῖναι τήνδ' ἔασον ἡμέραν
καὶ ξυμπερᾶναι φροντίδ', ᾗ φευξούμεθα,
παισίν τ' ἀφορμὴν τοῖς ἐμοῖς, ἐπεὶ πατὴρ
οὐδὲν προτιμᾷ μηχανήσασθαι τέκνοις.
οἴκτειρε δ' αὐτούς· καὶ σύ τοι παίδων πατὴρ
πέφυκας· εἰκὸς δ' ἐστὶν εὔνοιάν σ' ἔχειν.
τοὐμοῦ γὰρ οὔ μοι φροντίς, εἰ φευξούμεθα,
κείνους δὲ κλαίω συμφορᾷ κεχρημένους.

v. 341. *ᾗ*] Elmsl. *οἷ* coniecit. Falso. Illud est qua, i. e. in quam regionem aut in quam partem. Vide quae explicavi ad Devarium Vol. II. p. 571. R. K.

v. 357. *δύσπανε γύναι*] Non recte quis ageret, qui eo, quod lib. Rom. C. Flor. 2. 15. hanc vocem omittunt, Havn. autem ea neque ita egere molestiis, ut in aliis eas excitatas velit. Id rectissime sensit senex maxime venerabilis Fr. Iacobs, qui in editione Pflugkiana adscripsit: „Haec exspectabatur sententia: non est talis nostra conditio, ut aliis inferentes mala nostras augeamus miserias." Non enim ponuntur haec *ἐκ παραλλήλου*. R.K.]

v. 336. *ἀλλά σ' αἰτοῦμαι, Κρέον*] Volebat addere *ἐᾶσαί με μίαν τήνδε ἡμέραν μεῖναι*, sed interpellavit orationem Creon. Alcest. 308: *μὴ δῆτα δράσῃς ταῦτά γ', αἰτοῦμαι σ' ἐγώ.*

v. 337. *ὡς ἔοικας*] pro *ὡς ἔοικε*. Euripidea dedit Elmsleius ad Heracl. 681. Soph. El. 516: *ἀνειμένη μέν, ὡς ἔοικας, αὖ στρέφει.* Xenoph. Conviv. IV, 53: *σὺ δ', ὡς ἔοικας, εἰ τοῦτο γένοιτο, νομίζεις ἂν διαφθαρῆναι αὐτόν;* Saepe Plato, Alcib. I. p. 109. A. Hipp. mai. p. 293. A. de Rep. II. p. 372. C. III. p. 404. D. IV. p. 426. B.

v. 340. *μίαν με μεῖναι*] Est quaedam non quaesita, sed tamen ut opinor non renitente poeta nata mollitudo orationis in repetito *μ* conspicua. Nam postquam a Naekio accurate de allitteratione Latinae orationis expositum est, vide Musei Rhenani Vol. III. fasc. III. p. 324 seqq., ne de Graeca quidem oratione dubitari amplius poterit. Animadverterunt rem partim iam veteres grammatici; vide quae infra

ΚΡΕΩΝ.

ἥκιστα τοὐμὸν λῆμ' ἔφυ τυραννικόν,
αἰδούμενος δὲ πολλὰ δὴ διέφθορα·
καὶ νῦν ὁρῶ μὲν ἐξαμαρτάνων, γύναι,
ὅμως δὲ τεύξει τοῦδε· προὐννέπω δέ σοι,
εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ
καὶ παῖδας ἐντὸς τῆσδε τερμόνων χθονός,
θανεῖ· λέλεκται μῦθος ἀψευδὴς ὅδε.
νῦν δ', εἰ μένειν δεῖ, μίμν' ἐφ' ἡμέραν μίαν·
οὐ γάρ τι δράσεις δεινὸν ὧν φόβος μ' ἔχει.

ΧΟΡΟΣ.

δύστανε γύναι,
φεῦ φεῦ, μελέα τῶν σῶν ἀχέων.
ποῖ ποτε τρέψει; τίνα προξενίαν
ἢ δόμον ἢ χθόνα σωτῆρα κακῶν
ἐξευρήσεις;
ὡς εἰς ἄπορόν σε κλύδωνα θεός,
Μήδεια, κακῶν ἐπόρευσε.

verba non habet nisi in margine, concluderet haec omittenda esse. Nam nulla mihi ratio excogitari posse videtur, quamobrem in anapaestis monometro in exordio abstinuerint poetae, quod olim Seidlero visum erat in Ep. ad Lobeckium ad calcem Aiacis p. 433. R. K.

afferentur ad huius fab. v. 476. R. K.

v. 343. οὐδὲν προτιμᾷ] non magnopere curat. Cf. Valcken. ad Hipp. 48.

v. 350. ὁρῶ μὲν ἐξαμαρτάνων] Etiam ὁρᾶν in eorum numero verborum est, quae nominativum participii adsciscunt. Thucyd. I, 32: καὶ ἡμεῖς ἀδύνατοι ὁρῶμεν ὄντες περιγενέσθαι. Cf. Isocr. π. ἀντιδ. §. 8.

v. 352 sqq. Vertit haec Ennius: Si te secundo lumine hic offendero, Moriere; cf. Ciceronis orat. pro C. Rabirio Postumo cap. 11. §. 29. et ad Atticum lib. VII. ep. 26. §. 1. ed. Orell. R. K.

v. 355. μίμν' ἐφ' ἡμέραν μίαν] Non satis caute scripsit Porsonus: μίμν' ἔθ' ἡμέραν μίαν, ut oratio melius congrueret cum v. 340. 373. 389. Nam Creontis orationi magis consentaneum est definiri terminum, quoad manere possit, accuratius. Alio enim modo dicitur in unum diem manere, alio unum diem manere. R. K.

v. 360. σωτῆρα] Animadverte generis quam dicunt enallagen, in hoc vocabulo satis frequentem. Soph. Oed. T. 80: εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ Σωτῆρι βαίη. Philoct. 1470: Νύμφαις ἐπευξάμενοι νόστου σωτῆρας ἱκέσθαι. Adde Aesch. Agam. 672. Eurip. Electr. 993.

ΜΗΔΕΙΑ.

κακῶς πέπρακται πανταχῇ· τίς ἀντερεῖ;
ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ πω.
ἔτ' εἴσ' ἀγῶνες τοῖς νεωστὶ νυμφίοις,
καὶ τοῖσι κηδεύσασιν οὐ σμικροὶ πόνοι.
δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτ' ἄν,
εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;
οὐδ' ἂν προςεῖπον, οὐδ' ἂν ἡψάμην χεροῖν.
ὁ δ' εἰς τοσοῦτον μωρίας ἀφίκετο,
ὥςτ', ἐξὸν αὐτῷ τἄμ' ἑλεῖν βουλεύματα
γῆς ἐκβαλόντι, τήνδ' ἀφῆκεν ἡμέραν
μεῖναί μ', ἐν ᾗ τρεῖς τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν νεκροὺς
θήσω, πατέρα τε καὶ κόρην πόσιν τ' ἐμόν.
πολλὰς δ' ἔχουσα θανασίμους αὐτοῖς ὁδούς,

v. 373. γῆς ἐκβαλόντι] Praestat haec librorum scriptura coniecturae Elmsl. ἐκβαλόντα scribentis, quod concinniorem orationem habet, aptissimam ad hunc locum. Vid. v. 449. 1238. R. K.

v. 368. ποτ' ἄν] Libri Flor. A. Paris. A. D. Cott. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. ποτέ. Non tamen ausus sum recipere, quum viderem lib. Havn. aliosque ποτ' ἄν tueri. R. K.

v. 364. τίς ἀντερεῖ;] Alc. 615: ἐσθλῆς γὰρ — οὐδεὶς ἀντερεῖ — καὶ σώφρονος Γυναικὸς ἡμάρτηκας. Cf. Hipp. 402.

v. 365. ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα] In his verbis non sine causa similis vox simili et ab eadem ductae origine succedit; cf. Aeschyli Prometh. 510: Οὐ ταῦτα ταύτῃ μοῖρά πω τελεσφόρος Κρᾶναι πέπρωται. Cf. Aristophanis Equit. 839: Οὐκ, ὦ 'γαθοί, ταῦτ' ἐστί πω ταύτῃ μὰ τὸν Ποσειδῶ. Itaque vertit Ennius, cuius verba vide ap. Cic. de Nat. deor. lib. III. cap. 25. §. 65, pro ingenio Latinae linguae ipse quoque eadem forma orationis utens, haec rectissime: *Nequaquam istuc istac ibit:* magna inest certatio. Nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia? Ceterum facile in hoc quidem loco, ubi verbum positum non est, intelligitur ἀποβήσεται vel simile quid. Vid. Valcken. ad Hipp. 41. R. K.

v. 369. εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;] De constructione conf. Aeschyli Agam. 1109: ποῖ δή με δεῦρο τὴν τάλαιναν ἤγαγες; Οὐδέν ποτ' εἰ μὴ ξυνθανουμένην. τί γάρ; Vide quae annotavimus ad Devarium Vol. II. p. 524. R. K.

v. 372. ἑλεῖν] occupare, vincere, et v. seq. ἀφῆκεν, remisit. [Vertit haec Ennius ap. Cic. l. l. cap. 26. §. 60. paulo liberius: Ille transversa mente mihi hodie tradidit repagula, Quibus ego iram omnem recludam atque illi perniciem dabo: Mihi moerores, illi luctum, exitium illi, exilium mihi., quae postrema pertinent ad v. 399 seq. R. K.]

v. 379. ἢ θηκτόν· ὧδε κα-

οὐκ οἶδ᾽, ὁποίᾳ πρῶτον ἐγχειρῶ, φίλαι·
πότερον ὑφάψω δῶμα νυμφικὸν πυρί,
ἢ θηκτὸν ὤσω φάσγανον δι᾽ ἥπατος
σιγῇ δόμους εἰςβᾶσ᾽, ἵν᾽ ἔστρωται λέχος.
ἀλλ᾽ ἕν τί μοι πρόςαντες· εἰ ληφθήσομαι
δόμους ὑπερβαίνουσα καὶ τεχνωμένη,
θανοῦσα θήσω τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς γέλων.
κράτιστα τὴν εὐθεῖαν, ᾗ πεφύκαμεν
σοφαὶ μάλιστα, φαρμάκοις αὐτοὺς ἑλεῖν.
εἶεν·
καὶ δὴ τεθνᾶσι· τίς με δέξεται πόλις;
τίς γῆν ἄσυλον καὶ δόμους ἐχεγγύους
ξένος παρασχὼν ῥύσεται τοὐμὸν δέμας;
οὐκ ἔστι. μείνασ᾽ οὖν ἔτι σμικρὸν χρόνον,

λῶς κεῖται. Δίδυμος σημειοῦται, ὅτι κακῶς οἱ ὑποκριταὶ τάσσουσιν ἐπὶ τῶν δυοῖν τὸ σιγῇ δόμους εἰςβᾶσα, καύσω ἢ σφάξω αὐτούς. Scilicet verba: σιγῇ δόμους εἰςβᾶσ᾽, ἵν᾽ ἔστρωται λέχος, quae retulerunt etiam ad v. 378., pertinent tantummodo ad v. 379. Minus etiam apte voluit Didymus verba: σιγῇ δόμους εἰςβᾶσ᾽, ἵν᾽ ἔστρωται λέχος, post v. 356. collocari. Ceterum iam ad v. 41. significavi ne hoc quidem loco ullo modo repetitum versum pro spurio haberi posse. Accurate enim novisse debebat nutrix Medeae animum atque ingenium dominae suae. Hinc illa ita antea descripsit, qualem se praebitura esset Medea, ut etiam in singulis verbis veritas rei exstaret. R. K.

v. 384. τὴν εὐθεῖαν] Scil. ὁδόν. Sic Plutarch. vit. Themistocl. c. 3: τὴν ἐναντίαν ἀεὶ πορευόμενον αὐτῷ. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 282. Hinc simul intelligis brevius elocutum esse Euripidem quae plene sic oportebat: κράτιστα τὴν εὐθεῖαν πορευομένην — φαρμάκοις αὐτοὺς ἑλεῖν, sive mavis πορεύεσθαι, ut alter infinitivus explicative sit adiectus, quemadmodum apud Platonem Menex. p. 235. B: καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ταὐτὰ ταῦτα δοκοῦσί μοι πάσχειν καὶ πρὸς ἐμὲ καὶ πρὸς τὴν πόλιν, θαυμασιωτέραν αὐτὴν ἡγεῖσθαι εἶναι ἢ πρότερον.

v. 385. σοφαὶ μάλιστα] Quod putaverunt haec ad unam Medeam pertinere, coniecerunt scribendum esse σοφοὶ μάλιστα, quod, si ad unam Medeam hoc pertineret, necesse esset fieri, qua de re vide G. Hermannum ad Vigerum p. 715. ed. tert., sed pertinent haec ad universum genus mulierum, in quam rem vide quae infra v. 407 sqq. dicantur. R. K.

v. 386. καὶ δὴ τεθνᾶσι] fac mortuos esse. De hoc usu particularum καὶ δή post Hermannum ad Vig. p. 839, 331. dixit Elmsleius, laudans infra v. 1107. Aristoph. Vesp. 1219. Adde Euripid. Helen. 1059: καὶ δὴ παρεῖκεν. Orest. 1108: καὶ δὴ πάντ᾽ ἀποσφραγίζεται. Lucian. de merc. cond. §. 12: εἶεν, καὶ δὴ εὐτύχηταί σοι πάντα τῆς εὐχῆς μειζόνως.

ἢν μέν τις ἡμῖν πύργος ἀσφαλὴς φανῇ,
δόλῳ μέτειμι τόνδε καὶ σιγῇ φόνον·
ἢν δ' ἐξελαύνῃ ξυμφορά μ' ἀμήχανος,
αὐτὴ ξίφος λαβοῦσα, κεἰ μέλλω θανεῖν,
κτενῶ σφε, τόλμης δ' εἶμι πρὸς τὸ καρτερόν.
οὐ γάρ, μὰ τὴν δέσποιναν, ἣν ἐγὼ σέβω
μάλιστα πάντων καὶ ξυνεργὸν εἱλόμην,
Ἑκάτην, μυχοῖς ναίουσαν ἑστίας ἐμῆς,
χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.
πικροὺς δ' ἐγώ σφι καὶ λυγροὺς θήσω γάμους,
πικρὸν δὲ κῆδος καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονός.
ἀλλ' εἶα· φείδου μηδὲν ὧν ἐπίστασαι,
Μήδεια, βουλεύουσα καὶ τεχνωμένη·

v. 399. *ἐγώ σφι*] Sic Paris. A. et Havn. Reliqui libri: *ἐγώ σφιν*. Formam *σφὶν* probat Elmsl. Cf. etiam Buttmann. in Lexilogo Vol. I. p. 60. ed. II. R. K.

v. 407 sqq. Iniuria hos tres versus extremos Hartung. in diss. de Euripidis fabularum interpolatione, praemissa Iphigeniae Aulid., p. 33. Euripidis esse negavit. Nam quod ille dixit haec verba non cadere in ingenium Medeae, et, si caderent, certe non fuisse a Medea ipsa dicenda, nihil ego eiusmodi possum in istis verbis agnoscere. Nam Medeam sibi consciam esse artium malarum non poterit nos offendere, praesertim quum arrogantiam deprecentur verba ea, quae mox transferunt rem ad universum genus mulierum. Si quis autem hoc dicat, non recte hoc ipsam pronuntiare Medeam, mulieres omnium malarum rerum artifices esse, id ipsum quoque non poterit nos offendere, quod tamen iure in Iasonem atque eos omnes, qui hostes putantur, eae artes adhiberi videntur. R. K.

v. 390. *πύργος*] praesidium. Alcest. 311: *καὶ παῖς μὲν ἄρσην πατέρ' ἔχει πύργον μέγαν.* [Alcaei Fr. XII. ap. A. Matthiae. p. 20: *ἄνδρες γὰρ πόλεως πύργος ἀρήϊος.* F. I.]

v. 394. *τόλμης - πρὸς τὸ καρτερόν*] Sophocles ab Elmsleio laudatus Creus. Fr. 1: *ὅστις δὲ τόλμης πρὸς τὸ δεινὸν ἔρχεται.* Noster Heracl. 562: *ἐπεὶ σφαγῆς γε πρὸς τὸ δεινὸν εἶμ' ἐγώ.*

v. 395 — 398. *οὐ γὰρ — — ἀλγυνεῖ κέαρ*] Haec *παρῳδεῖ* Eupol. apud Longin. c. XXVI: *οὐ γάρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην, Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.* Verba sunt Miltiadis, ni fallor, in fabula *Δήμοις*, de qua videndus Valcken. Diatrib. p. 252. P. ELMSLEIUS.

v. 399 sq. Liberius haec Ennius vertit; vide ad v. 372. R. K.

v. 403. *ἕρπ' εἰς τὸ δεινόν*] *Πρὸς τὸ δεινὸν ἔρχεσθαι* similiter dicitur in Hec. 515. R. K.

v. 405. *τοῖς Σισυφείοις*] Non sine quadam orationis acerbitate Sisyphias dicit Medea has nuptias, quod Sisyphus, olim Corinthiorum rex, ab Atheniensibus maxime, male audiebat, quos quoad vixit latrociniis suis satis vexasse perhibetur; ab eo autem genus ducebat Glauce, quam in matrimonium duxit Iaso. Sensit

ἕρπ' εἰς τὸ δεινόν· νῦν ἀγὼν εὐψυχίας.
ὁρᾷς ἃ πάσχεις; οὐ γέλωτα δεῖ σ' ὀφλεῖν
τοῖς Σισυφείοις τοῖς τ' Ἰάσονος γάμοις,
γεγῶσαν ἐσθλοῦ πατρὸς Ἡλίου τ' ἄπο.
ἐπίστασαι δέ· πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν
γυναῖκες, ἐς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώταται,
κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.

ΧΟΡΟΣ.

(στρ. α'.)

ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί,
καὶ δίκα καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.
ἀνδράσι μὲν δόλιαι βουλαί, θεῶν δ'

v. 410. Metra stropharum:

α'.

⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ – –
–́ [illegible] – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ –
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓
5 –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏒ –́ ⏑ – ⏓
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ –
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ – –

β'.

⏑ –́ ⏑ – –́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏓
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ – –
5 – –́ ⏑⏑ – ⏑ – –
⏓ – ⏑⏑ – ⏑ – –
⏑ –́ ⏑⏑ – –

hoc iam Hesychius: Σισυφείοις· Κορινθίοις, κακοῖς, ἀπὸ Σισύφου βασιλέως. Hinc Ulixes ab Ovid. Metam. lib. XIII. v. 31. dicitur: sanguine cretus Sisyphio furtisque et fraude simillimus illi. R. K.

v. 406. Ἡλίου τ' ἄπο] Medea enim per patrem Aeeten, qui erat filius Solis e Perseide, genus ducebat a Sole. Cf. Apoll. Bibl. I, 9, 1. ibique Heynium. R. K.

v. 409. τέκτονες] Cycl. 476: Σιγᾶτε νῦν· δόλον γὰρ ἐξεπίστασαι· Χὤταν κελεύω, τοῖσιν ἀρχιτέκτοσι πείθεσθ'.

v. 410. Propter insignem Ia-

οὐκέτι πίστις ἄραρε.
τὰν δ' ἐμὰν εὔκλειαν ἔχειν βιοτὰν
στρέφουσι φᾶμαι·
ἔρχεται τιμὰ γυναικείῳ γένει·
οὐκέτι δυςκέλαδος φάμα γυναῖκας ἕξει.

(ἀντ. α'.)

μοῦσαι δὲ παλαιγενέων λήξουσ' ἀοιδᾶν
τὰν ἐμὰν ὑμνεῦσαι ἀπιστοσύναν.
οὐ γὰρ ἐν ἁμετέρᾳ γνώμᾳ λύρας
ὤπασε θέσπιν ἀοιδὰν
Φοῖβος, ἁγήτωρ μελέων· ἐπεὶ ἀν-

v. 425. ὤπασε] Sic plurimi et optimi libri. Deteriores fere: ἔπνευσε, quod etiam metrum non fert. R. K.

v. 426 sq. ἐπεὶ ἀντάχησ' ἂν ὕμνον] Sic e Scaligeri, Reiskii, Heathii, Tyrwhitti emendatione ediderunt Musgravius, Brunckius, Porsonus, Elmsleius, alii. Libri valde inter se discrepant, ut alii ἀντάχησαν ὕμνον, ad quos proxime accedit illa emendatio Scaligeri, alii ἀντάχησαν ὕμνοις, alii ἀντάχησα ὕμνοις, partim ἀντάχησεν ὕμνον exhibeant. Quinta varietas accedit ab Eustathio p. 634, 13., quam agnoscit etiam scholiasta Euripidis, qui in lemmate ἀντάχησεν habet, ἀντάχησαν ὕμνοι, sonis perfidiam sperat chorus fore, ut iam non, ut olim, mulieres, sed viri male audiant: Medeae autem conditionem longe miserrimam deflet, quippe quae, patria, viro, domicilio privata, nullo relicto perfugio pellatur. — Ἄνω ποταμῶν. Παροιμία, ait Hesychius, ἐπὶ τῶν ἐπ' ἐναντία γενομένων. κέχρηνται καὶ Αἰσχύλος καὶ Εὐριπίδης. Noster Suppl. 520: ἄνω γὰρ ἂν ῥέοι Τὰ πράγμαθ' οὕτως, εἰ 'πιταξόμεσθα δή. Cf. Lucian. Dialog. Mort. VI, 2. pro merc. cond. §. 1. Diog. L. VI, 36.

v. 416. στρέφουσι φᾶμαι] Recte vidit G. Hermannus ad hanc sententiam unice verum esse verbum στρέφειν, quod Elmsleius in στέψουσι mutatum voluerat. Constructio autem non ita explicanda est, ut, quod A. Matthiae et Pflugkius olim fecerant, στρέφουσι intransitive dicatur, sed id potius dicitur praegnanter, ut fere sit: Fama vertendo efficit, ut nostra vita laudem inveniat. Quod autem in antistropha v. 427. longa syllaba ei sedi respondet, Elmsleius στρέψουσι scribendum proposuit, quod, quum etiam ad sententiam non inconveniens esset, receperunt G. Hermannus ac L. et G. Dindorfii. Pflugkius autem sic istud incommodi tolli voluit, ut hunc et praecedentem versum coniungeret, quo forma versus perfrequens efficeretur:

–́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ ⏓ –́ ⏑ – ⏓.

R. K.

v. 422. ὑμνεῦσαι] Scil. τὸ πρίν. Respexisse videtur Hom. Odyss. λ', 456: ἐπεὶ οὐκέτι πιστὰ γυναιξίν. Hesiod. O. et D. 373: ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθεν, πέποιθ' ὅγε φηλήτῃσιν. Ceterum similem spem fovet chorus mulierum in Ione v. 1109 seqq. De forma Ionica, quam praeter multos codices tuentur etiam schol.

τάχησ' ἂν ὕμνον
ἀρσένων γέννᾳ· μακρὸς δ' αἰὼν ἔχει
πολλὰ μὲν ἁμετέραν ἀνδρῶν τε μοῖραν εἰπεῖν.

(στρ. β'.)

σὺ δ' ἐκ μὲν οἴκων πατρῴων ἔπλευσας
μαινομένᾳ κραδίᾳ, διδύμας ὁρίσασα πόντου
πέτρας· ἐπὶ δὲ ξένᾳ
ναίεις χθονί, τᾶς ἀνάνδρου
κοίτας ὀλέσασα λέκτρον
τάλαινα, φυγὰς δὲ χώρας
ἄτιμος ἐλαύνει.

quam scripturam, si a vulgata discedendum esset, maxime probarem, ut id intransitive diceretur. Sed nihil muto. R. K.

v. 431. πατρῴων] Sic libri omnes. Propter metrum olim scriptum erat πατρίων, quod iniuria probavit Elmsleius. Nam neque sententia concedit, ut πατρῴων in πατρίων mutemus, et metrum hic correptionem syllabae penultimae facile patitur. Vid. G. Hermannum ad h. l. et ad Hec. v. 80. R. K.

v. 434. διδύμας] Sic cum A. Witzschelio scripsi e libris optimis Rom. A. B. C. D. Havn. Vulgo: διδύμους. R. K.

ad h. l. et Eustathius p. 634, 13., disputavit Elmsleius, afferens duo ex Euripideis fabulis exempla, αὔτευν Hipp. 167. et μυθεῦσαι Iph. A. 789., ubi A. Matthiae rescripsit μυθεύουσαι: item duo ex Aesch. Prom. 121. εἰσοιχνεῦσιν et 646. πολεύμεναι. Cf. Rost. p. 418 seq. ed. VI.

v. 424. ἐν ἁμετέρᾳ γνώμᾳ] Exquisitior usus praepositionis pro simplici dativo, de quo Porsonus ad v. 629. Homericae dictionis vestigia notavit Elmsleius, comparans Od. θ', 498: ὡς ἄρα τοι πρόφρων θεὸς ὤπασε θέσπιν ἀοιδήν.

v. 426. „Nam si mihi versuum pangendorum facultas esset, occinerem viris carmen, plenum scilicet opprobriorum, qualia multa longa aetas et de nostra et de virorum conditione suppeditat." Post πολλὰ μὲν ἁμετέραν ex vulgari consuetudine dicere debebat: πολλὰ δὲ τὴν τῶν ἀνδρῶν μοῖραν εἰπεῖν (cf. Reiz. ad Viger. p. 841.), sed hoc, ut alibi saepe, reliquit Euripides. Cf. annot. ad v. 125.

v. 433. μαινομένᾳ κραδίᾳ] Ennius ap. Nonium p. 297, 18: Utinam ne unquam, Medea, Colchis cupido corde pedem extulisses. Cf. Hippol. 1264. Aesch. Sept. adv. Theb. 784. R. K.

v. 434. ὁρίσασα] egressa. Rariorem voc. significationem illustravit Musgravius ex Aeschyli Suppl. 553 (547): διχῇ δ' ἀντίπορον γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέμνουσα πόρον κυματίαν ὁρίζει, et Eurip. Heracl. 16: ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἐξορίζοντες πόλιν.

[v. 436 seq. ἀνάνδρου κοίτας] Aeschyl. Pers. 302: ὅστ' ἐπὶ σκηπτουχίᾳ Ταχθεὶς ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου θανών. F. I.]

v. 437. κοίτας — λέκτρον]

(ἀντ. β'.)

βέβακε δ' ὅρκων χάρις, οὐδ' ἔτ' αἰδὼς
Ἑλλάδι τᾷ μεγάλᾳ μένει, αἰθερία δ' ἀνέπτα.
σοὶ δ' οὔτε πατρὸς δόμοι,
δύστανε, μεθορμίσασθαι
μόχθων πάρα, τῶν δὲ λέκτρων
ἄλλα βασίλεια κρείσσων
δόμοισιν ἐπέστα.

ΙΑΣΩΝ.

οὐ νῦν κατεῖδον πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις
τραχεῖαν ὀργὴν ὡς ἀμήχανον κακόν.
σοὶ γὰρ παρὸν γῆν τήνδε καὶ δόμους ἔχειν,

v. 439. *βέβακε δ' ὅρκων*] Sic Rom. A. B. E. Florentini tres, Flor. A. Vict. Havn., alii libri. Olim legebatur: *βέβακεν ὅρκων*. R. K.

v. 440. *μένει*] Sic scripsit Elmsleius e Paris. D. Rom. A. B. D. E., quibus accedunt Flor. 10. Havn. Idque aptius videtur esse quam vulgatum *μίμνει*, quod minus commode priore syllaba corriperetur. R. K.

v. 460. *τὸ σὸν δέ*] Sic Lasc. Flor. 2. 10. Vict. Havn. Mag., Rost. §. 140, 4. c. p. 768. ed. VI.

v. 443 sq. *μεθορμίσασθαι μόχθων πάρα, τῶν δὲ λέκτρων*] Recte libri Rom. A. B. C. E. *πάρα*, ut id sit i. q. *πάρεισιν*. De formula autem ipsa vide annot. ad v. 258. Quod autem Porsonus in seqq. scribendum coniecit quodque recepit Elmsleius: *σῶν τε λέκτρων*, quod *οὔτε* particulae non videretur recte *δέ* respondere, ad id de particularum inter eas responsione recte iam disputavit G. Hermannus. „Saepe," inquit, „inter se *τὲ* et *δέ* respondent, ubi singula membra et verbum suum habent et res eiusmodi est, ut quae per *τὲ* et partes disiungi coepta erant, etiam opponi inter se possent. Sophocles Oed. Col. 367: *πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν ἔρως Κρέοντί τε θρόνους ἐᾶσθαι μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν*. Vide Brunck. ad Aesch. Sept. adv. Theb. 835. Sic etiam Latini et et autem coniungunt. Est autem in his rebus illa quam dicunt grata negligentia posita, quae libera ab exili grammaticorum severitate ita quoque in loco conformat orationem, uti sententia postulat." Quod vero e Porsoni coniectura et Elmsleius et Hermannus, tum Dindorfii, Pflugkius, Witzschelius, *σῶν* pro *τῶν* receperunt hoc loco, satis mirari non queo. Id enim tum demum necessarium esset, si non praecederet distinctio *οὔτε πατρὸς δόμοι*. Nunc autem tantum abest, ut languidum sit *τῶν δὲ λέκτρων κτέ.*, ut id aptissime dicatur propterea, quod fortius opponitur: *τῶν δὲ λέκτρων*, quam *σῶν δὲ λέκτρων*. R. K.

v. 448 sq. *σοὶ γὰρ παρὸν κτέ.*] Quod Elmsleius dixit elegantius fuisse: *Σὺ γάρ, παρὸν γῆν τήνδε καὶ δόμους ἔχειν, Κούφως φέρουσαν κρεισσόνων βουλεύματα, Λόγων ματαίων οὕνεκ' ἐκπεσεῖ χθονός.*, dupliciter ille falsus est. Nam

κούφως φερούσῃ κρεισσόνων βουλεύματα,
λόγων ματαίων οὕνεκ' ἐκπεσεῖ χθονός.
κἀμοὶ μὲν οὐδὲν πρᾶγμα· μὴ παύσῃ ποτὲ
λέγουσ' Ἰάσων ὡς κάκιστός ἐστ' ἀνήρ·
ἃ δ' εἰς τυράννους ἐστί σοι λελεγμένα,
πᾶν κέρδος ἡγοῦ ζημιουμένη φυγῇ.
κἀγὼ μὲν ἀεὶ βασιλέων θυμουμένων
ὀργὰς ἀφῄρουν καί σ' ἐβουλόμην μένειν,
σὺ δ' οὐκ ἀνίεις μωρίας, λέγουσ' ἀεὶ
κακῶς τυράννους· τοιγὰρ ἐκπεσεῖ χθονός.
ὅμως δὲ κἀκ τῶνδ' οὐκ ἀπειρηκὼς φίλοις
ἥκω, τὸ σὸν δὲ προσκοπούμενος, γύναι,

ad quos libros proxime accedunt Rom. A. D. E. Paris. A. B. D. Put., qui aut *τὸ σόνδε* aut *τοσόν δε* aut *τοσόνδε* habent. Recte Elmsleius edidit: *τὸ σὸν δέ*. Nam quod Aldina, lib. Rom. C. Flor. 15. Pseudogregor. 246. habent, *τὸ σόν γε*, neque auctoritate librorum neque sententia illi scripturae praestat. Multo enim melius lenis ista oppositio post verba *οὐκ ἀπειρηκὼς φίλοις* nascitur, quam affert *δέ* particula. Vid. v. 712: *καὶ μή μ' ἔρημον ἐκπεσοῦσαν εἰσίδῃς, Δέξαι δὲ χώρᾳ καὶ δόμοις ἐφέστιον.* R. K.

multo concinnior oratio est, si *σοὶ γάρ*, quam si *σὺ γάρ* dicitur, in quam rem ipse laudavit Sophoclis Antig. v. 76: *σοὶ δ' εἰ δοκεῖ, Τὰ τῶν θεῶν ἔντιμ' ἀτιμάσας ἔχε.*, quem tamen locum male mutatum cupit, et si *φερούσῃ* quam si *φέρουσαν* legitur, qua de re dixi ad v. 373. *γῆς ἐκβαλόντι*. R. K.

v. 451. *κἀμοὶ μέν*] atque ego quidem parum curo maledicta tua. Plato Hipp. mai. §. 25: *ἀλλ' ἐμοὶ οὐδὲν πρᾶγμα.*, ubi vide Heindorfium.

v. 453 seq. Verte: ad probra in reges iacta quod attinet, vel maxime te felicem praedica, quae non graviorem exsilio poenam subieris. *Τύραννοι*, ut mox *βασιλεῖς*, intelligi videntur Creon et Glauce. Diodor. Sic. XIX, 52: *Εὐρυδίκην καὶ Φίλιππον τοὺς βασιλεῖς*. Cf. interpp. ad Liv. I, 39, 2. — *πᾶν κέρδος ἡγοῦ*. Heracl. 959: *καὶ κερδανεῖς ἅπαντα.*

v. 457. *σὺ δ' οὐκ ἀνίεις μωρίας*] Recte Elmsleius obtinuit hanc omnium librorum scripturam, quam A. Matthiae in praesens *ἀνίης* mutaverat. Ponuntur enim haec omnia, *ἀφῄρουν* et *ἐβουλόμην* et *ἀνίεις*, uno eodemque modo. Nam quod A. Matthiae dixit, recte de Iasone imperfectum tempus poni, non item de Medea, quae usque adhuc in maledictis pergeret, valde erravit. Nam respicitur illud tempus, antequam Creon edictum illud de Medeae exsilio proponeret. R. K.

v. 459. *ὅμως δὲ κἀκ τῶνδ'*] tamen vel tali rerum statu. Soph. Aiac. 537: *τί δῆτ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἂν ὠφελοῖμί σε;* Eurip. Androm. 1185: *οὗτός γ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἐτιμᾶτ' ἄν, γέρον, Θανών.* Vide Fritzschium Quaest. Lucian. p. 179 seq.

v. 460. *τὸ σὸν δὲ προσκοπούμενος*] tibi vel tuo commodo prospiciens. Supra v. 346: *τοὐμοῦ γὰρ οὔ μοι φροντίς.*

ὡς μήτ' ἀχρήμων σὺν τέκνοισιν ἐκπέσῃς
μήτ' ἐνδεής του. πόλλ' ἐφέλκεται φυγὴ
κακὰ ξὺν αὑτῇ· καὶ γὰρ εἰ σύ με στυγεῖς,
οὐκ ἂν δυναίμην σοὶ κακῶς φρονεῖν ποτε.

ΜΗΔΕΙΑ.

ὦ παγκάκιστε, τοῦτο γάρ σ' εἰπεῖν ἔχω
γλώσσῃ μέγιστον εἰς ἀνανδρίαν κακόν,
ἦλθες πρὸς ἡμᾶς, ἦλθες, ἔχθιστος γεγὼς
θεοῖς τε κἀμοὶ παντί τ' ἀνθρώπων γένει;
οὔτοι θράσος τόδ' ἐστίν, οὐδ' εὐτολμία,
φίλους κακῶς δράσαντ' ἐναντίον βλέπειν,
ἀλλ' ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων.

v. 480. θ', ὅς] δ' Rom. A.B.C.D., quod recepit Elmsleius. Reliqui, ut videtur, omnes θ'. Mox ἀμπέχων libri paene deleverunt. Haec enim verba eiusmodi sunt, ut Graecis praesertim copiosiore epicorum poetarum sermone assuefactis nullam plane molestiam facere potuerint, si quando in simili causa repeterentur. Nam qui dixerunt Iasoni magis convenire posteriore loco ea verba, quam Medeae hoc loco, nae isti valde errant. Etenim summa laedendi cupiditate ducitur hic Medea, ut non tam hoc mirandum sit, quod post vocem: ἔχθιστος γεγώς, adiunxerit: θεοῖς τε κἀμοὶ παντί τ' ἀνθρώπων γένει, quam si non adiunxisset irata mulier, quae ad statum personae sunt aptissima. Cf. etiam Firnhaberi librum de Euripidis versibus in suspicionem vocatis supra laudatum p. 151 seqq. R. K.] Vs. sq. θράσος in bonam partem accipitur. „Θράσος pro θάρσος dixerunt Soph. Phil. 104. El. 479. Eurip. Alc. 607. (ubi vide Monkium), Suppl. 609." ELMSLEIUS. Cf. interpp. ad Lucian. T. III. p. 94 seq. Notavit hunc locum grammaticus e schedis Kulenkampii editus ante Ammon. Valck. p. LII. Lips., ubi corrupte scribitur: οὐ θράσος τόδ' ἐστιν, οὐδὲ

Vide Schaefer. ad Bosii Ellips. p. 171.

v. 463. καὶ γὰρ εἰ] nam etiamsi. Infra v. 1249: καὶ γὰρ εἰ κτενεῖς σφ', ὅμως φίλοι γ' ἔφυσαν. Cf. Meinek. ad Men. p. 343 seq.

v. 465 seq. „O pessime! nam pessimum vere te dicere possum, probrorum, quae quidem in animum tuum minime virilem dici possunt, gravissimum." τοῦτο referendum ad voc. παγκάκιστε. Vide quae notavi ad Phoen. 12. — κακόν, probrum, ut apud Sophocl. Aiac. 1012: ποῖον οὐκ ἐρεῖ κακὸν Τὸν ἐκ δορὸς γεγῶτα πολεμίου νόθον; Cf. ad Hecub. 576. [Praeterea annotandum videtur in dativo γλώσσῃ non hanc quidem, quam olim voluit A. Matthiae, oppositionem reticeri: quum manu te ulcisci nequeam, sed eam vocem lenem tamen afferre oppositionem ad rem, quae vituperatur in altero. Alioquin omissa esset illa vox a poeta. R. K.]

v. 468. [Imperite sane hic quoque artem criticam factitarunt qui hunc versum, qui infra v. 1324. in simili sententia ponitur,

πασῶν, ἀναίδει'· εὖ δ' ἐποίησας μολών.
ἐγώ τε γὰρ λέξασα κουφισθήσομαι
ψυχὴν κακῶς σε, καὶ σὺ λυπήσει κλύων.
ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν·
ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι
ταὐτὸν συνεισέβησαν Ἀργῷον σκάφος,
πεμφθέντα ταύρων πυρπνόων ἐπιστάτην
ζεύγλαισι καὶ σπεροῦντα θανάσιμον γύην·
δράκοντά θ', ὃς πάγχρυσον ἀμφέπων δέρας
σπείραις ἔσωζε πολυπλόκοις ἄϋπνος ὤν,
κτείνασ' ἀνέσχον σοὶ φάος σωτήριον.
αὐτὴ δὲ πατέρα καὶ δόμους προδοῦσ' ἐμοὺς

omnes. „Insigne exemplum," inquit Porsonus, „pravae lectionis a plurimis et optimis codd. defensae." R. K.

τόλμη κακῶς φίλους δράσαντας ἐναντίως βλέπειν.

v. 470. *φίλους κακῶς δρ.*] Hecub. 845: *καὶ τοὺς κακοὺς δρᾶν πανταχοῦ κακῶς ἀεί.* Cf. Matth. §. 415.

v. 473 sq. Recte observavit Elmsleius hunc verborum ordinem nostris fortasse hominibus minus elegantem videri, sed aliter sensisse veteres. Illi potius eo, quod usitata ac faciliore verborum collocatione non uterentur, magis attentos reddere voluerunt animos auditorum. Comparavit Elmsleius Soph. Oed. T. 644. Eurip. Hec. 1224. Orest. 599. R. K.

v. 475. *ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον*] Est hoc in universo sermone humano positum, ut, ubi assurgit oratio aut cum granditate quadam verborum incedit, ibi syllabae sono et cognatione inter se similes ponantur, uti externa etiam quasi veste orationis ipsius argumenti causa et ratio sese prodat. Eandem rationem quum saepe Latini scriptores tum haud raro etiam Graeci et poetae et oratores secuti sunt, ut hoc loco non solum v. 475. se iactat oratio seseque conspiciendam praebet in verbis his: *ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν*, verum luxuriatur etiam, quamvis alio quodam modo, in sequentibus: *ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι ταὐτὸν συνεισέβησαν κτἑ.* Attulerunt in eam rem interpretes Eurip. Iphig. Taur. v. 772: *Τὸ σῶμα σώσας τοὺς λόγους σώσεις ἐμοί.* et Sophoclis Oed. T. v. 1481: *ὡς τὰς ἀδελφὰς τάςδε τὰς ἐμὰς χέρας.*, ubi simili modo luxuria quadam orationis similes inter se syllabae saepius repetuntur, quod non quidem studentibus, sed tamen non renitentibus poetis factum esse videtur. Id quoniam Euripides saepius fecit ac studio quodam consectatus esse videtur, iam a comicis antiquissimo tempore ob eam causam exagitatus est, cuius rei non solum scholiasta ad h. l., qui appellat Platonem et Eubulum comicos, verum etiam Eustathius saepius mentionem fecit, veluti p. 813, 44. p. 896, 55. p. 1379, 56. R. K.

v. 478 seq. Vid. Apollod. I, 9 seq. 23.

v. 482. *ἀνέσχον σοὶ φάος σωτήριον*] dux tibi fui et tamquam facem praetuli ad salutem. Con-

τὴν Πηλιῶτιν εἰς Ἰωλκὸν ἱκόμην
σὺν σοί, πρόθυμος μᾶλλον ἢ σοφωτέρα,
Πελίαν τ' ἀπέκτειν', ὥςπερ ἄλγιστον θανεῖν,
παίδων ὑπ' αὐτοῦ, πάντα δ' ἐξεῖλον φόβον.
καὶ ταῦθ' ὑφ' ἡμῶν, ὦ κάκιστ' ἀνδρῶν, παθὼν
προὔδωκας ἡμᾶς, καινὰ δ' ἐκτήσω λέχη,
παίδων γεγώτων· εἰ γὰρ ἦσθ' ἄπαις ἔτι,
συγγνωστὸν ἦν σοι τοῦδ' ἐρασθῆναι λέχους.
ὅρκων δὲ φρούδη πίστις, οὐδ' ἔχω μαθεῖν,
ἢ θεοὺς νομίζεις τοὺς τότ' οὐκ ἄρχειν ἔτι,

v. 485. *σὺν σοί*] Sic praeter libros etiam scholiasta, quos pro instituto meo in eiusmodi locis secutus sum. Vulgo: *ξὺν σοί*. R. K.

v. 487. *παίδων ὑπ' αὐτοῦ*] Elmsleius maluit *ὑφ' αὐτοῦ*. Multo aptius est quod nunc legitur; vid. R. Klotzii Quaestt. ferri quodammodo potest Electr. v. 586: *ἔδειξας ἐμφανῆ πόλει πυρσόν*.

v. 485. *πρόθυμος μᾶλλον ἢ σοφωτέρα*] Lysias pro bon. Aristoph. §. 15: *ὃν οἱ πολλοὶ βελτίονα ἡγοῦνται εἶναι ἢ πλουσιώτερον*. Cf. Herm. ad Vig. p. 719, 60. Matth. §. 456.

[v. 486. Fabulam enarravit Diodor. Sic. IV, 53. Cf. Ovid. Metam. VII, 297. Peliae caedem per filias in vase picto illustravit Boettiger Vasengem. II. p. 164 sqq. Hirth in Amalth. Vol. I. p. 161. F. I.]

v. 487. *πάντα δ' ἐξεῖλον φόβον*] Sc. *σοῦ*. Phoen. 998: *ὡς εὖ πατρὸς ἐξεῖλον φόβον*.

v. 490 sq. *εἰ γὰρ ἦσθ' ἄπαις ἔτι, συγγνωστὸν ἦν σοι κτέ.*] Sic Lasc. Flor. A. Paris. A. B. C. Cott. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Havn. Elmsleius attulit Sophocl. Oed. T. 255: *Οὐδ' εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον, Ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν.*, sed tamen rectius addi *ἂν* putavit, quod in Eurip. El. 1024. eodem modo diceretur *σύγγνωστ' ἂν ἦν*. Recte G. Hermannus: „Cur tandem rectius? In Sophoclis quidem exemplo non recte adderetur particula; in Euripidis autem locis et addi eam et omitti potuisse, qui huius particulae vim et potestatem perspexerit, intelliget." Itaque debebamus optimis libris obsequium praestare. Nam deteriores fere sunt illi, qui pauci *συγγνώστ' ἂν ἦν* habent. R. K.

v. 492 sq. *οὐδ' ἔχω μαθεῖν, ἢ θεοὺς νομίζεις κτέ.*] Parum circumspecte egit G. Hermannus, quod hanc omnium librorum scripturam, etiam a schol. Aeschinis p. 768. ed. Reisk. confirmatam, repudiavit et id, quod suspectus liber Puteani offert unus: *εἰ θεοὺς νομίζεις κτέ.*, reponendum putavit. Nam quum res et ratio postulat, ut Graeci praeter usitatas istas indirectae interrogationis formulas: *πότερον — ἤ*, *εἰ — ἤ*, si quando vellent fortiorem distinctionem duarum aut plurium etiam rerum instituere, optarent alteram rationem, qua cogitationes suas proderent, tum etiam certi loci sunt, quibus id revera ita factum esse ostendi possit. Ac de Homero quidem nemo denegare poterit, cuius conferatur Ilias lib. I. v. 189 sqq. lib. II. v. 299 sq. lib. V. v. 671 sq. Odyssea lib. XV. v. 300., neque de ceteris poetis

ἢ καινὰ κεῖσθαι θέσμ᾽ ἐν ἀνθρώποις τὰ νῦν,
ἐπεὶ σύνοισθά γ᾽ εἰς ἔμ᾽ οὐκ εὔορκος ὤν.
φεῦ δεξιὰ χεὶρ ἧς σὺ πόλλ᾽ ἐλαμβάνου
καὶ τῶνδε γονάτων, ὡς μάτην κεχρώσμεθα
κακοῦ πρὸς ἀνδρός, ἐλπίδων δ᾽ ἡμάρτομεν.
ἄγ᾽, ὡς φίλῳ γὰρ ὄντι σοι κοινώσομαι,
δοκοῦσα μὲν τί πρός γε σοῦ πράξειν καλῶς;
ὅμως δ᾽· ἐρωτηθεὶς γὰρ αἰσχίων φανεῖ.
νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους,
οὓς σοὶ προδοῦσα καὶ πάτραν ἀφικόμην;

critt. lib. I. p. 45 seqq. Mox pauci iique non optimi libri: *πάντα δ᾽ ἐξεῖλον δόμον*, quod etiamsi agnoscit scholiasta, aptior tamen est altera, a scholiasta quoque commemorata scriptura, quae nunc optimis libris sic iubentibus reposita est. R. K.

epicis; vid. Herodoti lib. I. cap. 65., ubi est hoc oraculum: *Δίζω, ἤ σε θεὸν μαντεύσεται ἢ ἄνθρωπον.* Verum pertinet hoc etiam ad poetas tragicos, qui ipsi quoque, ubi duas res ita distinguere in interrogatione sua volebant, ut tertium indicarent non dari, his particulis usi sunt, Aeschyl. Prom. v. 780: *Ἑλοῦ γάρ, ἢ πόνων τὰ λοιπά σοι Φράσω σαφηνῶς, ἢ τὸν ἐκλύσαντ᾽ ἐμέ.* Choeph. 890: *Εἰδῶμεν, ἢ νικῶμεν ἢ νικώμεθα.* tum Soph. Oed. Col. v. 80: *Οἵδε γὰρ κρινοῦσί γε, Ἢ χρή σε μίμνειν ἢ πορεύεσθαι πάλιν.*, quibus in locis omnibus fortior ista distinctio aptissima est. Vide quae accuratius, aliis etiam argumentis usus, de hac re praecepi ad Devarium Vol. II. p. 577 sqq. Quod autem scholiasta Aeschinis l. l. *νομίζω* pro *νομίζεις* scriptum habet, id, si non errore describentis librarii factum est, manavit ex antecedenti voce: *οὐδ᾽ ἔχω μαθεῖν*, nec quidquam hoc momenti debet habere ad hunc locum constituendum aut explicandum. R. K.

v. 497. *καὶ τῶνδε γονάτων*] „Debebat dici: *ὦ δεξιὰ χεὶρ — καὶ τάδε γόνατα.* Sed praecedenti *ἐλαμβάνου* inductus genitivum posuit, ut recte monet Erfurdt. ad Soph. Ai. 993." A. MATTHIAE.

v. 500. *δοκοῦσα μὲν τί πρός γε σοῦ πράξειν καλῶς;*] Sic aperte lib. Rom. A. scriptum exhibet, cui accedunt reliqui libri omnes, qui *μέν τι* legunt, quod habuit etiam scholiasta, quamquam in eius lemmate legitur: *μέντοι.* In uno lib. Paris. D. pro varia lectione est *μή τι*, quod recentiores critici praeter Elmsleium omnes adoptarunt. Recte intellexerat Elmsleius per interrogationem denique idem effici, quod per negationem. Vide supra v. 309. Multo autem acerbius dicitur hoc per interrogationem: Age, quasi sis amicus, te participem faciam consilii mei, quamquam quid exspectans a te boni? verum tamen: interrogatus enim turpior cognosceris. Recte etiam G. Hermannus iudicio suo comprobaverat hanc omnium librorum et scholiastae scripturam, quo magis miror neglectam esse librorum auctoritatem a reliquis criticis. R. K.

v. 502 sq. Haec ita Ennius transtulit in Medeam suam: Quo

ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας; καλῶς γ' ἂν οὖν
δέξαιντό μ' οἴκοις ὧν πατέρα κατέκτανον.
ἔχει γὰρ οὕτω· τοῖς μὲν οἴκοθεν φίλοις
ἐχθρὰ καθέστηχ', οὓς δέ μ' οὐκ ἐχρῆν κακῶς
δρᾶν σοὶ χάριν φέρουσα πολεμίους ἔχω.
τοιγάρ με πολλαῖς μακαρίαν ἀν' Ἑλλάδα
ἔθηκας ἀντὶ τῶνδε· θαυμαστὸν δέ σε
ἔχω πόσιν καὶ πιστὸν ἡ τάλαιν' ἐγώ,
εἰ φεύξομαί γε γαῖαν ἐκβεβλημένη,
φίλων ἔρημος, σὺν τέκνοις μόνη μόνοις·
καλόν γ' ὄνειδος τῷ νεωστὶ νυμφίῳ,
πτωχοὺς ἀλᾶσθαι παῖδας ἥ τ' ἔσωσά σε.
ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν ὃς κίβδηλος ᾖ

v. 504. *καλῶς γ' ἂν οὖν*] Facili errore in lib. Rom. A. a pr. m. Paris. A. scriptum est: *καλῶς τ' ἂν οὖν*. Hinc manavit altera scriptura: *καλῶς τὰ νῦν*, quam habent Lasc. Rom. D. E. Flor. 10. (Flor. A.) Havn. Recte in Rom. A. Havn. correctum est: *καλῶς γ' ἂν οὖν*, id quod Rom. B. C. aliique libri totidem litteris scriptum exhibent. Cf. infra v. 588. et quae disputavi ad Devarium Vol. II. p. 249 sqq. R. K.

v. 509. *μακαρίαν ἀν' Ἑλλάδα*] Sic Lasc. Flor. A. Paris. B. D. Cott. Rom. D. E. Flor. 10., quo ducit etiam Herodianus ap. Villoison. Anecd. Gr. Vol. II. p. 90. *μακαρίαν Ἑλλάδα*, et nunc me vertam? quod iter incipiam ingredi? Domum paternam anne ad Peliae filias? Cf. Cic. de orat. III, 58; 217. R. K.

v. 508. *σοὶ χάριν φ.*] Iphig. A. 1454: *ἔσθ' ὅ τι κατ' Ἄργος δρῶσά σοι χάριν φέρω*. Andocides de reditu §. 24: *Τουτὶ τὸ ψήφισμα, ὃ ἠκούσατε, ψηφισάμενοί μοι, ὦ Ἀθηναῖοι, ὕστερον ἀφείλεσθε χάριν ἑτέρῳ φέροντες*. Convenit Homericum *ἦρα φέρειν* vel *ἐπὶ ἦρα φέρειν*, de quo Buttmannus Lexilog. I. p. 149.

v. 512. *εἰ φεύξομαί γε*] Sic enotatum e libro Havn., quo ducunt etiam Rom. A. D. E. Paris. A. B. D. Flor. A. 10. 15., qui *τε* pro *γε* habent. Olim legebatur *δὲ* plena interpunctione post v. 511. posita. De vi *γὲ* particulae vid. ad Devarium Vol. II. p. 329 seq. R. K.

v. 514. *καλόν γ' ὄνειδος*] crimen, quo gloriari scilicet novus sponsus queat. Differt locus verbis simillimus Iphig. A. 305: *Καλόν γέ μοι τοὔνειδος ἐξωνείδισας*. — Vs. seq. *ἥ τ' ἔσωσά σε* expl. *καὶ ἐμέ, ἣ ἔσωσά σε*.

v. 516. *ὃς κίβδηλος ᾖ*] Vulgaris sermo requirebat: *ὃς ἂν κ. ᾖ*. Soph. El. 771: *οὐδὲ γὰρ κακῶς Πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προσγίγνεται*. Eurip. Iph. T. 1064: *καλόν τοι γλῶσσ', ὅτῳ πίστις παρῇ*. Cf. Matth. §. 527. not. 2. [Coniunctivus in eiusmodi locis tum sine *ἂν* particula ponitur, non solum apud poetas, verum etiam apud oratores Atticos, si eventus ponitur tantummodo, res ad experientiam non revocatur. Hinc factum est, ut in locis

τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ὤπασας σαφῆ,
ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διειδέναι,
οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι;

ΧΟΡΟΣ.

δεινή τις ὀργὴ καὶ δυςίατος πέλει,
ὅταν φίλοι φίλοισι συμβάλωσ' ἔριν.

ΙΑΣΩΝ.

δεῖ μ', ὡς ἔοικε, μὴ κακὸν φῦναι λέγειν,
ἀλλ' ὥςτε ναὸς κεδνὸν οἰακοστρόφον
ἄκροισι λαίφους κρασπέδοις ὑπεκδραμεῖν
τὴν σὴν στόμαργον, ὦ γύναι, γλωσσαλγίαν.
ἐγὼ δ', ἐπειδὴ καὶ λίαν πυργοῖς χάριν,
Κύπριν νομίζω τῆς ἐμῆς ναυκληρίας

Havn. μακαρί' ἀν' Ἑλλάδα. Exciderat enim ἀν' propter similem syllabam praecedentem. Hinc in Paris. A. Rom. A. B. Flor. 15. et in marg. Havn. scriptum μακαρίαν καθ' Ἑλλάδα. In Aldina Rom. C. Flor. 2. Vict., apud Alexandrum Rhet. p. 580. ed. Ald. correctum etiam audacius μακαρίαν Ἑλληνίδων, quod falso recepit Elmsleius. R. K.

v. 526. ἐγὼ δ'] Sic Lasc. Paris. A. E. Put. Rom. omnes, Mag. Flor. tres, Vict. Havn. Vulgo: ἔγωγ'. Vim adversativae particulae recte agnovit Erfurdtius ad Sophoclis Antigonam v. 1181. ed. min., quem laudavit A. Matthiae, R. K.

communibus saepius hanc formam orationis habeamus. Vide Rost. §. 123. annot. 1. p. 660 sq. ed. VI. G. Hermann. de particula ἄν lib. II. cap. 7. p. 95 seqq., me ad Devar. Vol. II. p. 499 seqq. p. 545 sq. — De re cf. Theogn. v. 119. R. K.]

v. 523. Si his similia leguntur apud Aeschyl. Sept. adv. Theb. 62 sq.: σὺ δ' ὥςτε ναὸς κεδνὸς οἰακοστρόφος Φράξαι πόλισμα, πρὶν καταιγίσαι πνοὰς Ἄρεος., hinc non sequitur haec petivisse Euripidem ab Aeschylo, id quod suspicatus est Valckenarius ad Hippol. 1226. Erant enim omnibus haec Graecis in medio posita. R. K.

v. 524. In contrarium discedunt de huius loci sententia Elmsleius et A. Matthiae, quorum ille comparat Anglicum with full sails, hic, coll. Aristoph. Ran. 999. (1030.) eiusque schol., docet interpretandum esse: circumspecte et caute vitare. Et hoc ego probo. Detracta autem similitudine, quae ducta est a nave, quae urgenti tempestate effugere vada nititur prudentia gubernatoris, ne scopulis illidatur, haec relinquitur sententia: Haud exigua mihi opus est prudentia, quo ne tuis probris tamquam cautibus adhaerescat et pereat defensio mea.

v. 526. ἐπειδὴ καὶ λίαν πυργοῖς χάριν] Soph. Philoct. 380: καὶ ταῦτ' ἐπειδὴ καὶ λέγεις θρασυστομῶν, Οὐ μή ποτ' ἐς τὴν Σκῦρον ἐκπλεύσῃς ἔχων. Oed. T. 412: λέγω δ', ἐπειδὴ καὶ τυφλόν μ' ὠνείδισας, Σὺ καὶ δεδορκὼς οὐ βλέπεις, ἵν' εἶ κακοῦ. Cf. Philostr. V. A. VIII, 16. p.

σώτειραν εἶναι θεῶν τε κἀνθρώπων μόνην.
σοὶ δ' ἔστι μὲν νοῦς λεπτός, ἀλλ' ἐπίφθονος
λόγος διελθεῖν, ὡς Ἔρως σ' ἠνάγκασε
τόξοις ἀφύκτοις τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.
ἀλλ' οὐκ ἀκριβῶς αὐτὸ θήσομαι λίαν·
ὅπῃ γὰρ οὖν ὤνησας, οὐ κακῶς ἔχει.
μείζω γε μέντοι τῆς ἐμῆς σωτηρίας
εἴληφας ἢ δέδωκας, ὡς ἐγὼ φράσω.
πρῶτον μὲν Ἑλλάδ' ἀντὶ βαρβάρου χθονὸς
γαῖαν κατοικεῖς, καὶ δίκην ἐπίστασαι
νόμοις τε χρῆσθαι μὴ πρὸς ἰσχύος χάριν·
πάντες δέ σ' ᾔσθοντ' οὖσαν Ἕλληνες σοφήν,

v. 531. *τόξοις ἀφύκτοις*] Sic Lasc. Flor. A. Paris. A. Rom. A. B. D. E. Mag. Vict. Havn., denique etiam schol. hanc scripturam agnovit. Contra Rom. C. Flor. 2. Aldina habent *πόνων ἀφύκτων*, quam scripturam supra scriptam habet Rom. A. et schol. ipse quoque agnoscit. Recepit Elmsleius. Iniuria, opinor. Nam ut ita scribi possit, tamen aptior est altera scriptura, quia sic vis verbi *ἠνάγκασε* magis exstat. Si quis autem hoc dicat ex v. 635. et Hippol. 1422. *τόξοις ἀφύκτοις* petitum esse, possumus eodem iure suspicari natum genitivum inde esse, quod ad verbum *ἐκσῶσαι* requiri putaretur genitivus. Sed hoc subtili argumento, ubi res ipsa ac ratio vera loquitur, ne uti quidem volo. R. K.

360. Ex his locis apparere existimo in nostro versu non iungenda esse *καὶ λίαν*, ut voluerat Elmsleius, qui quae de particula *καί* vi augendi praedita egregie disputat, iis exquisita quaedam addi poterunt, collecta a Fritzschio in erudito libello Quaestionum Lucianearum p. 5. seqq.

Ibid. *πυργοῖς*] Videtur propter huius ipsius verbi usum Aristophanes in Ranis v. 1004 sq. notare Euripidem. Dicit enim, postquam in antecedentibus hunc ipsum locum expresserat, haec: *Ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνὰ Καὶ κοσμήσας τραγικὸν λῆρον, θαῤῥῶν τὸν κρουνὸν ἀφίει.* R. K.

v. 529 sq. *σοὶ δ' ἔστι μὲν νοῦς λεπτὸς κτἑ.*] tibi quidem subtilis mens est, ut intelligere hoc atque agnoscere facile possis, sed tamen invidiae plena oratio est, si ipse explico te amore motam esse, ut me servares. Expressit sequentia Ennius ap. Cic. Disp. Tusc. lib. IV. cap. 32. §. 69: Tu me amoris magis, quam honoris servavisti gratia. R. K.

v. 536 sqq. Similem sententiam, sed alio quodam modo explicat servus apud Theophil. comicum in Bekkeri Anecd. p. 724: *Καίτοι τί φημι καὶ τί δρᾶν βουλεύομαι; Προδοὺς ἀπιέναι τὸν ἀγαπητὸν δεσπότην, Τὸν τροφέα, τὸν σωτῆρα, δι' ὃν εἶδον νόμους Ἕλληνας, ἔμαθον γράμματ', ἐμυήθην θεοῖς.* Vid. Elmsl. R. K.

v. 538. Delevi comma post *χρῆσθαι*. Sensus est: neque legibus potiorem ducere vim. Orest. 487: *καὶ τῶν νόμων γε μὴ πρότερον εἶναι θέλειν* (sc. *Ἑλληνικόν ἐστι*).

v. 542 sq. *εἴη δ' ἔμοιγε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις μήτ' Ὀρφέως*

καὶ δόξαν ἔσχες· εἰ δὲ γῆς ἐπ' ἐσχάτοις
ὅροισιν ᾤκεις, οὐκ ἂν ἦν λόγος σέθεν.
εἴη δ' ἔμοιγε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις
μήτ' Ὀρφέως κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος,
εἰ μὴ 'πίσημος ἡ τύχη γένοιτό μοι.
τοσαῦτα μέντοι τῶν ἐμῶν πόνων πέρι
ἔλεξ'· ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων.
ἃ δ' εἰς γάμους μοι βασιλικοὺς ὠνείδισας,
ἐν τῷδε δείξω πρῶτα μὲν σοφὸς γεγώς,
ἔπειτα σώφρων, εἶτα σοὶ μέγας φίλος
καὶ παισὶ τοῖς ἐμοῖσιν· ἀλλ' ἔχ' ἡσύχως.
ἐπεὶ μετέστην δεῦρ' Ἰωλκίας χθονὸς

v. 543. *κάλλιον*] Sic Rom. A. B. C. Flor. tres, Aldina, rell. edd., tum Eustath. p. 666, 47. p. 801, 54. *βέλτιον* Flor. A. Put. Rom. E. Havn. *βέλτιστον* Lasc. Paris. B. D. Rom. E.

v. 545. *μέντοι*] Sic Lasc. Rom. A. D. E. Flor. 10. 15. Havn. Reliqui libri habent: *μέν σοι*. R. K.

v. 550. *ἀλλ' ἔχ' ἡσύχως*] Sic paene necessario e libris optimis, Rom. A. B. Paris. A. Havn. scribendum erat, itaque recte Witzschel. edidit. Dicitur enim maiore vi *ἔχ' ἡσύχως*, quam usitatissima illa formula: *ἔχ' ἥσυχος*. Cf. Suppl. 307 sq. ed. Matth.: *πρὸς τοῖςδε δ', εἰ μὲν μὴ ἀδικουμένοις ἐχρῆν Τολμηρὸν εἶναι, κάρτ' ἂν εἶχον ἡσύχως.* Reliqui libri: *ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος*. R. K.

κτέ.] Quod Elmsleius dixit, hoc loco ex sua potius quam ex Iasonis persona locutum esse poetam: nam divitiarum optationem aeque tragico Atheniensi atque Argonautarum principi convenire, non item alteram partem optationis: id ille non satis recte statuit. Quamvis enim libenter concedamus Euripidem Iasonem non ita loquentem facere, quemadmodum verum illum Argonautarum ducem olim locutum esse probabile est, tamen non poterat ille aliter loquentem facere Iasonem, atque princeps aliquis civitatis Atheniensis suo tempore loqui posset. Quum igitur principis personae sua aetate conveniret etiam ars musica, Euripides haec loquentem fecit Iasonem in laudem atque honorem etiam fortasse artis suae, sed non quasi in persona poetae tragici sic locutus est Iaso, quod esset ineptissimum. Magis universam sententiam agnovit etiam scholiasta: *μήτ' Ὀρφέως· οὔτε τοῦ πλούτου, φησίν, οὐδὲν ὄφελος οὔτε τῆς θειοτάτης σοφίας, εἰ μὴ καὶ διαβόητοι εἶεν καὶ ἐπισημότατοι οἱ ταῦτα κεκτημένοι, ὅτι πρὸς τὴν δόξαν ἅπαντα δεῖ πράττειν καὶ μήτε πλουτοῦντα κρύπτειν τὸν πλοῦτον μήτε τοὺς ἐλλογίμους τὴν ἀρετήν.* R. K.

v. 546. *ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων*] Cf. Suppl. v. 427. R. K.

v. 547. *ἃ δ' εἰς γάμους*] quod attinet ad nuptias regias, quas mihi exprobrasti. Cf. Matth. §. 478. cl. v. 453.

v. 548. *δείξω - γεγώς*] V. Matth. §. 549, 5. — *πρῶτα μέν.* Sequitur *ἔπειτα* omisso *δέ*. Infra v. 720: *πρῶτα μὲν θεῶν, ἔπειτα παίδων.* Cf. Demosth. Phil. I. §. 2. §. 34. al.

[v. 550. *ἔχ' ἡσύχως*] *μὴ θο-*

πολλὰς ἐφέλκων συμφορὰς ἀμηχάνους,
τί τοῦδ' ἂν εὕρημ' εὗρον εὐτυχέστερον
ἢ παῖδα γῆμαι βασιλέως φυγὰς γεγώς;
οὐχ, ᾗ σὺ κνίζει, σὸν μὲν ἐχθαίρων λέχος,
καινῆς δὲ νύμφης ἱμέρῳ πεπληγμένος,
οὐδ' εἰς ἅμιλλαν πολύτεκνον σπουδὴν ἔχων·
ἅλις γὰρ οἱ γεγῶτες, οὐδὲ μέμφομαι·
ἀλλ' ὡς, τὸ μὲν μέγιστον, οἰκοῖμεν καλῶς
καὶ μὴ σπανιζοίμεσθα, γιγνώσκων, ὅτι
πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος,
παῖδας δὲ θρέψαιμ' ἀξίως δόμων ἐμῶν,
σπείρας τ' ἀδελφοὺς τοῖσιν ἐκ σέθεν τέκνοις
εἰς ταὐτὸ θείην, καὶ ξυναρτήσας γένος
εὐδαιμονοίην. σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ;

v. 564. ξυναρτήσας] Sic Rom. A.B.D.E. Havn. Lasc. Vulgo: συναρτήσας. R. K.

v. 573. Porsonus ex coniectura scripsit χρῆν ἄρ', quod, ut ille ait, γνωμικώτερον. Cf. Heracl. 449. [Praeterea scripsi e libro Havniensi: τίθεσθ'. ἐχρῆν., cui lectioni patrocinatur etiam Rom. A., qui in serie χρή, ἐχρῆν autem supra scriptum habet. Vulgo: τίθεσθε. χρῆν. R. K.]

ρύβει. Sic solent oratores, quum dicturi sunt aliquid, quod auditoribus displiciturum esse suspicantur. Cf. Demosth. Or. de Pace p. 60, 26. Plato Apol. Socrat. p. 21. A: καὶ ὅπερ λέγω, μὴ θορυβεῖτε, ὦ ἄνδρες. F. I.]

v. 552. ἀμηχάνους] graves, unde aegre te expedias. v. 645: τὸν ἀμαχανίας ἔχουσα δυςπέρατον αἰῶνα. Androm. 771: εἴ τι γὰρ ἂν πάσχοι τις ἀμήχανον, Ἀλκᾶς οὐ σπάνις εὐγενέταις.

v. 553. εὕρημ' εὗρον] lucrum praeter opinionem nactus sum. Infra v. 716: Εὕρημα δ' οὐκ οἶσθ' οἷον εὕρηκας τόδε. Heracl. 533. Hippol. 716. Ion. 1518. Cf. Philostr. V. A. I, 18. p. 22. VI, 39. p. 276. Heroic. p. 751.

v. 554. ἢ παῖδα γῆμαι] De ἢ particula post τοῦδε illata conferatur Eurip. Heraclid. v. 298 sq.: Οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας, Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι Γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν. et quae ad eum locum annotavit Pflugkius p. 40. R. K.

v. 555. ᾗ] Infra v. 768: ᾗ μάλιστ' ἐκάμνομεν. Heracl. 544: ἀλλ' ᾗ γένοιτ' ἂν ἐνδικωτέρως, φράσω. Κνίζεσθαι proprie de iris et dolore amantium dicitur.

v. 556. Aeschylus Agam. 552: τῶν ἀντερώντων ἱμέρῳ πεπληγμένοι. Versum sequentem interpretor: nec numerosae liberorum progeniei cupidus; ἅμιλλα πολύτεκνος est ἅμιλλα πολυτεκνίας. Iphig. T. 411: φιλόπλουτον ἅμιλλαν αὔξοντες μελάθροισιν.

v. 559. τὸ μὲν μέγιστον] Isocrat. Philipp. 95: τὸ μὲν τοίνυν μέγιστον, σὺ μὲν τοὺς Ἕλληνας εὔνους ἕξεις. Cf. Schaefer. Appar. crit. ad Demosth. T. I. p. 552. Rost. §. 98. annot. 7. — οἰκοῖμεν — σπα-

ἐμοί τε λύει τοῖσι μέλλουσιν τέκνοις
τὰ ζῶντ' ὀνῆσαι. μῶν βεβούλευμαι κακῶς;
οὐδ' ἂν σὺ φαίης, εἴ σε μὴ κνίζοι λέχος.
ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ἥκεθ', ὥςτ' ὀρθουμένης
εὐνῆς γυναῖκες πάντ' ἔχειν νομίζετε,
ἢν δ' αὖ γένηται ξυμφορά τις εἰς λέχος,
τὰ λῷστα καὶ κάλλιστα πολεμιώτατα
τίθεσθ'. ἐχρῆν γὰρ ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς
παῖδας τεκνοῦσθαι, θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος·
χοὔτως ἂν οὐκ ἦν οὐδὲν ἀνθρώποις κακόν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰᾶσον, εὖ μὲν τούςδ' ἐκόσμησας λόγους·
ὅμως δ' ἔμοιγε, κεἰ παρὰ γνώμην ἐρῶ,
δοκεῖς προδοὺς σὴν ἄλοχον οὐ δίκαια δρᾶν.

v. 575. *χοὔτως ἂν*] Sic Lasc. Paris. A. Rom. A.B.D.E. Flor. A. 10. 15. Havn. *οὕτως δ' ἂν* Rom. C. Mag. Flor. 2. Vict. *οὕτω δ' ἂν* Aldina. R. K.

v. 577. *ἐρῶ*] Lasc. Flor. A. Paris. D. Put. Rom. A.B.E. Flor. 10. 15. Havn. *λέγω* Aldina et reliqui libri. Cf. Sophoclis Antig. v. 234: *Σοὶ κεἰ τὸ μηδὲν ἐξερῶ, φράσω δ' ὅμως.* R. K.

νιζοίμεσθα, ego sc. et liberi. Sed participium *γιγνώσκων* rursus ad Iasonem redit.

v. 561. *πένητα φεύγει πᾶς τις*] Similis sententia habetur apud Theogn. v. 209: *Οὐκ ἔστιν φεύγοντι φίλος καὶ πιστὸς ἑταῖρος.*, et in Euripidis Hercul. F. v. 305 sq., de quo loco vide quae ego disserui in praef. editionis Pflugkianae p. VIII sq. R. K.

v. 563 sqq. „Ut fratres liberis ex te susceptis procreans eodem utrosque loco haberem et consociata subole feliciter aetatem agerem." Scilicet Iason liberos Medeae domi habiturus erat, sperans fore, ut illis, quos pro dignitate educare non posset, facile Medea careret. Ea est enim sententia verborum: *σοὶ παίδων τί δεῖ;* quae A. Matthiae interpretatur: neque enim tibi aliis liberis opus est. [Melius quidem A. Matthiae. Nam et verba: *σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ;* quum de procreatione liberorum sermo sit, aliam sententiam habere non possunt, neque omnino quaeritur hoc loco, utri parentum conveniat pueros eos, quos Iaso et Medea genuerunt, domi suae habere. R. K.] — *Λύειν* v. 566. pro *λυσιτελεῖν* illustravit Monkius ad Hippol. 443. Cf. infra v. 1112. Schaefer. ad L. Bos. p. 446. Schneider. ad Xenoph. Anabas. III, 4, 36.

v. 573. *ἐχρῆν γὰρ*] Cf. Hippol. 616 sqq. Lucian. Amor. §. 38. Ceterum *γάρ* non male copulat h. l. sententias: „Vos quidem, matrimonio laeso, omnia caeco odio persequi soletis. Nam ut malo careret vita humana, non esse oportebat genus mulierum."

ΜΗΔΕΙΑ.

ἦ πολλὰ πολλοῖς εἰμι διάφορος βροτῶν.
ἐμοὶ γὰρ ὅςτις ἄδικος ὢν σοφὸς λέγειν
πέφυκε πλείστην ζημίαν ὀφλισκάνει·
γλώσσῃ γὰρ αὐχῶν τἄδικ' εὖ περιστελεῖν,
τολμᾷ πανουργεῖν· ἔστι δ' οὐκ ἄγαν σοφός.
ὡς καὶ σὺ μὴ νῦν εἰς ἔμ' εὐσχήμων γένῃ

v. 586. *πείσαντά με*] Sic Lasc. Rom. A. B. E. Mag. Burn. Flor. 2. 10. 15. Vict. Havn. itaque recte recentiores inde a Cantero ediderunt pro *πείσαντί με*, quod olim legebatur, nec probo Porsoni iudicium, qui *πείσαντ' ἐμέ* edidit. R. K.

v. 588. *καλῶς γ' ἂν οὖν σὺ τῷδ'*] Sic scripsi e Rom. A. B. Flor. A. Paris. A., tum Havn. a sec. m., quo ducit etiam Rom. D., qui *σοὶ* pro *σὺ* habet. Pronomen *σὺ* videtur casu ex libro antiquo excidisse, unde lib. Havn. a prima manu ipse quoque omittit, alii autem librarii alio modo expleverunt syllabam. Nam Lasc. Paris. B. D. Rom. E. habent: *οὖν τῷδ' ἐξυπηρέτεις λόγῳ*, Rom. C.

v. 579. *διάφορος*] Lucian. Cynic. §. 16: *τοιαῦτά σοι τά γε ἡμέτερα, πολὺ δήπου διάφωνα τοῖς τῶν πολλῶν βουλήμασι.* Cf. Matth. §. 366. not. 3. [Vix operae pretium est confutare Bothium, qui *πολλοῖς* pro neutro accipi posse putavit, quod dubitari non potest quin ad *βροτῶν* pertineat: et de dativo quidem comparavit A. Matthiae Antiphontem de caede Herod. p. 729, 11. ed. Reisk.: *οἱ τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν λόγους λέγοντες πιστότεροί εἰσι τῶν διαφερομένων σφίσιν αὐτοῖς*; quemadmodum enim *διαφέρεσθαι* construitur, sic etiam *διάφορον εἶναι.* De *ἦ* particula, quae saepe quasi fulcrum est notioni *πολλά*, contulit Elmsleius Aeschyli Pers. v. 845: *Ἦ πολλὰ καὶ παρόντα καὶ μέλλοντ' ἔτι κτὲ.* Eur. Phoen. 704: *Ἦ πόλλ' ἐπῆλθον κτὲ.* Helen. v. 765: *Ἦ πόλλ' ἀνήρου μ' ἐνὶ λόγῳ κτὲ.* Rhes. v. 915: *Ἦ πολλὰ μὲν ζῶν κτὲ.* R. K.]

v. 580. *ἐμοὶ γὰρ*] meo enim iudicio. Soph. Antig. 904: *Καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὖ.* Oed. Col. 1446: *ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε δυστυχεῖν.*

v. 584. *ὡς καὶ σὺ μὴ νῦν εἰς ἔμ' εὐσχήμων γένῃ*] A vero aberravit nuper Witzschelius, qui, commate post *σοφόν* posito, haec verba ita interpuncta edidit: *ἔστι δ' οὐκ ἄγαν σοφός, ὡς καὶ σύ· μὴ νῦν εἰς ἔμ' εὐσχήμων γένῃ κτὲ.*, qui horridus sermo propterea est, quod verba: *μὴ νῦν εἰς ἔμ' εὐσχήμων γένῃ κτὲ.*, cum antecedentibus, quibuscum vel maxime iungenda erant, coniuncta plane non sunt, ut hians oratio sit. Non intellexit ille *ὡς* hoc loco eam vim habere, ut exemplum quidem universae sententiae singulare adiungat, sed ita tamen, ut non persona tantummodo comparetur, sed etiam actio ea, quae iam ab ista persona suscipienda aut omittenda esse videatur. Non tamen possum Brunckii iudicium sequi, quem A. Matthiae olim et nuper b. Pflugkius secuti erant, qui *ὧς καὶ* edendum putavit. Nam et A. Matthiae ipse intellexit *ὧς* scribi non posse duasque constructiones in unam conflatas esse, et G. Hermannus rem

λέγειν τε δεινός· ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος.
χρῆν σ', εἴπερ ἦσθα μὴ κακός, πείσαντά με
γαμεῖν γάμον τόνδ', ἀλλὰ μὴ σιγῇ φίλων.

ΙΑΣΩΝ.

καλῶς γ' ἂν οὖν σὺ τῷδ' ὑπηρέτεις λόγῳ,
εἴ σοι γάμον κατεῖπον, ἥτις οὐδὲ νῦν
τολμᾷς μεθεῖναι καρδίας μέγαν χόλον.

Flor. 2. 10. 15. **οὖν μοι τῷδ' ὑπηρέτεις λόγῳ**, quod receperat Aldus, quem reliqui secuti sunt critici. Iniuria, opinor. Nam quod optimi libri habent pronomen **σὺ** ad hunc locum aptissimum est, ut praeparet id, quod sequitur: **ἥτις οὐδὲ νῦν τολμᾷς κτὲ.**, et dicitur cum quadam irrisione personae Medeae. Quod autem **μοὶ** propterea aiunt reiectum esse a librariis, quod duplicem dotivum non concoquerent, id me non movet, quod et leve est per sese istud argumentum et quia istorum librorum, qui habent **μοί**, fere nulla potest esse auctoritas. R. K.

rectissime enucleavit ad Soph. Electram v. 65., **ὡς** non demonstrativam vim in eiusmodi locis habere, sed relativam. Dicitur igitur proprie: In qua ratione etiam tu noli in me speciosus verbis videri etc., quod, si pro relativo substituis demonstrativum, denique nihil est aliud nisi: itaque etiam tu noli etc., sed tamen multo aptior coniunctio est per relativam particulam quam per demonstrativam. R. K.

v. 585. **ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος**] Sic Lasc. Paris. A. E. lib. Put. Mag. Flor. 15. Vict. Havn. Eustathius ad Il. p. 672, 60. Eodem ducunt Rom. A.: **ἓν γὰρ κτενεῖ σ' ἔπος**. Rom. D. E: **ἓν γάρ σε κτενεῖ ἔπος**. Paris. B. D: **ἓν γάρ σ' ἐκτενεῖ ἔπος**, aliorumque librorum vestigia. Ex interpolatione edidit Aldus: **ἓν γὰρ οὖν κτενεῖ σ' ἔπος.**, quam habet Rom. C. Alii interpolarunt: **ἓν κτενεῖ τοιγάρ σ' ἔπος**, ut in Rom. B. legitur; alii alia. Recte iam locum expedivit Eustath. l. l.: **ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος· ἤγουν εἷς λόγος ἐκτάδην ῥίψει.** Recte etiam alter scholiasta: **ἐκτενεῖ σε ἀντὶ τοῦ καταβαλεῖ σε, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πιπτόντων καὶ ἐκτεινομένων εἰς τὸ ἔδαφος ἀθλητῶν ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων.** Est igitur Latine: Unum enim te prosternet verbum. Contra Erfurdtium, qui ad Sophoclis Oed. T. 153. ed. min. praefert: **ἓν γὰρ οὖν κτενεῖ σ' ἔπος**, maxime ob similem locum Troad. 909: **συντεθεὶς δ' ὁ πᾶς λόγος Κτενεῖ νιν**, recte Pflugkius disputavit, quod illius loci rationem diversam esse dixit. R. K.

v. 587. **γαμεῖν γάμον**] I. e. **ποιεῖσθαι γάμον**, ut in dicto Chilonis apud Stobaeum Floril. Vol. III. p. 37: **γάμους εὐτελεῖς καὶ ἰσοτίμους ποιοῦ.** Troad. 1016: **οἱ δ' ἐμοὶ παῖδες γάμους Ἄλλους γαμοῦσι.** Sic **ὕβρεις ὑβρίζειν** Herc. F. 741. Hel. 794. **ἀρὰς ἀρᾶσθαι** infra 607. Cf. Matth. §. 408.

v. 590. **τολμᾷς**] sustines; de qua huius verbi significatione nonnulla notavit Monkius ad Alcest. 285. Vid. ad Hecub. 332. [De verbo **τολμᾶν**, in animum inducere, dictum in Addit. ad Athen. p. 309 seq. F. I.]

ΜΗΔΕΙΑ.

οὐ τοῦτό σ' εἶχεν, ἀλλὰ βάρβαρον λέχος
πρὸς γῆρας οὐκ εὔδοξον ἐξέβαινέ σοι.

ΙΑΣΩΝ.

εὖ νῦν τόδ' ἴσθι, μὴ γυναικὸς οὕνεκα
γῆμαί με λέκτρα βασιλέως, ἃ νῦν ἔχω,
ἀλλ', ὥςπερ εἶπον καὶ πάρος, σῶσαι θέλων
σὲ καὶ τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς ὁμοσπόρους
φῦσαι τυράννους παῖδας, ἔρυμα δώμασιν.

ΜΗΔΕΙΑ.

μή μοι γένοιτο λυπρὸς εὐδαίμων βίος,
μηδ' ὄλβος, ὅςτις τὴν ἐμὴν κνίζοι φρένα.

ΙΑΣΩΝ.

οἶσθ', ὡς μετεύξει καὶ σοφωτέρα φανεῖ;
τὰ χρηστὰ μή σοι λυπρὰ φαινέσθω ποτέ,
μηδ' εὐτυχοῦσα δυςτυχὴς εἶναι δόκει.

ΜΗΔΕΙΑ.

ὕβριζ', ἐπειδὴ σοὶ μὲν ἔστ' ἀποστροφή,

v. 610. *σαυτῇ φυγῆς*] Sic Lasc. Paris. E. Put. Mag. Flor. 2. Vict. Reliqui libri paene omnes, Rom. A. B. C. D. E. Flor. A. Paris. B. D. Cotton. Flor. 10. 15. Havn.: *σαυτῆς φυγῇ*, quae ratio

v. 591 seq. Sensus: „Non haec te movebat cogitatio, sed meum mulieris barbarae coniugium si ad senectutem usque retinendum esset, verebare, ne quid inde detrimenti fama tua caperet."

v. 594. *λέκτρα βασιλέως*] Sic libri omnes. Elmsleius e v. 140. scribendum putavit: *λέκτρα βασιλέων*, quod apud tragicos *λέκτρα βασιλέως* aut regem aut regis uxorem significaret, nunquam regis filiam. Quod non recte factum est. Nam ut concedam plerumque dici *λέκτρα βασιλέως* de connubio cum rege aut eius uxore, non tamen per se falsum est, si quis connubium regis se dicat habere, quum habeat filiae regis. Id quoniam maiorem gloriationem habet, videtur et hoc loco dixisse Iason: *γῆμαί με λέκτρα βασιλέως, ἃ νῦν ἔχω.*, et in Helena v. 657 (v. 656. ed. Herm.) Menelaus: *Ἔχω τὰ τοῦ Διός τε λέκτρα Λήδας τε.* In eadem sententia fuit C. Reisigius Coniect. in Aristoph. I. p. 280. et Pflugkius ipse ad illum Helenae locum, quamquam hic Elmsleio obsecutus erat. R. K.

v. 595. *σῶσαι θέλων*] Quasi praecessisset *οὐ γυναικὸς οὕνεκα ἔγημα*: nam constructionis ratio postulabat *θέλοντα.*

v. 599. *κνίζοι*] Eadem modorum ratio apud Hom. Od. *α'*, 47: *ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.* Cf. Schaefer. Appar. crit. ad Demosth. T. I. p. 436. [Quamquam optimi libri, Rom. A. B. D. Mag. Flor. 2. 15. Havn., et apud Stob. ed. Trincav. et cod. Vossianus *κνίζει* pro *κνίζοι* habent, nolui tamen *κνίζει* edere, quod saepe *ει* et *οι* in eiusmodi locis con-

ἐγὼ δ' ἔρημος τήνδε φευξοῦμαι χθόνα.

ΙΑΣΩΝ.

αὐτὴ τάδ' εἵλου· μηδέν' ἄλλον αἰτιῶ.

ΜΗΔΕΙΑ.

τί δρῶσα; μῶν γαμοῦσα καὶ προδοῦσά σε;

ΙΑΣΩΝ.

ἀρὰς τυράννοις ἀνοσίους ἀρωμένη.

ΜΗΔΕΙΑ.

καὶ σοῖς ἀραία γ' οὖσα τυγχάνω δόμοις.

ΙΑΣΩΝ.

ὡς οὐ κρινοῦμαι τῶνδέ σοι τὰ πλείονα.
ἀλλ' εἴ τι βούλει παισὶν ἢ σαυτῇ φυγῆς
προςωφέλημα χρημάτων ἐμῶν λαβεῖν,
λέγ'· ὡς ἕτοιμος ἀφθόνῳ δοῦναι χερὶ
ξένοις τε πέμπειν σύμβολ', οἳ δράσουσί σ' εὖ.
καὶ ταῦτα μὴ θέλουσα μωρανεῖς, γύναι·
λήξασα δ' ὀργῆς κερδανεῖς ἀμείνονα.

artificiosa magis quam vera olim inventa erat coniectura Scaligeri et Duporti, quum Aldina haberet: *σαυτῇ φυγῇ*. R. K.

fusa sunt et optativus concinniorem orationem habet. R. K.]

v. 600. *οἶσθ', ὡς μετεύξει*] Supersedere possumus coniectura Elmsleii (ad h. l. et ad Oed. T. 543.) *μέτευξαι*. Cycl. 131: *οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις, ὡς ἀπαίρωμεν χθονός;* Lucian. Hermot. §. 63: *οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις;*

v. 606. *μῶν γαμοῦσα καὶ προδοῦσα*] *Σεσημείωται τὸ γαμοῦσα. θέλει δὲ εἰπεῖν ἄρα τοιοῦτον ἔργον ποιοῦσα. οὐ γὰρ ἐφ' ἑαυτῆς λέγει, ἐπεὶ εἶπεν ἂν γαμουμένη, ἀλλὰ τὸν Ἰάσονος λόγον ἐφ' ἑαυτῆς μετέστρεψεν. γαμεῖ μὲν γὰρ ὁ ἀνήρ, γαμεῖται δὲ ἡ γυνή.* SCHOLIASTA.

v. 607. Vide ad Phoen. 67. Ceterum acerrima et contumacis odii plena est responsio Medeae. „Ego vero," inquit, „neque reges me diris devovisse infitior, et tuae domui pestem precata sum."

v. 609. *ὡς οὐ κρινοῦμαι*] I. e. *ἴσθι, ὡς οὐ κρινοῦμαι.* Vide Elmsleium ad h. l. De *τὰ πλείονα* vid. Matth. §. 266. not.

v. 612. *ὡς ἕτοιμος κτέ.*] Frequens est in hac formula et pronominis et verbi substantivi ellipsis, sicuti in Phoen. 975. dicitur: *αὐτὸς δ' —θνήσκειν ἕτοιμος, πατρίδος ἐκλυτήριον.* et in Helen. v. 1523: *πῶς; εἰδέναι πρόθυμος κτέ.*, ad quem locum vide quae annotavit Pflugkius p. 141. R. K.

v. 613. *σύμβολα* explicat Scholiasta: *οἱ ἐπιξενούμενοί τισιν, ἀστράγαλον κατατέμνοντες, θάτερον μὲν αὐτοὶ κατεῖχον μέρος, θάτερον δὲ κατελίμπανον τοῖς ὑποδεξαμένοις, ἵνα, εἰ δέοι πάλιν αὐτοὺς ἢ τοὺς ἐκείνων ἐπιξενοῦσθαι πρὸς ἀλλήλους, ἐπαγόμενοι τὸ ἥμισυ ἀστραγάλιον, ἀνανεοῖντο τὴν ξενίαν.*

ΜΗΔΕΙΑ.

οὔτ' ἂν ξένοισι τοῖσι σοῖς χρησαίμεθ' ἂν
οὔτ' ἄν τι δεξαίμεσθα μήθ' ἡμῖν δίδου·
κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.

ΙΑΣΩΝ.

ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν δαίμονας μαρτύρομαι,
ὡς πάνθ' ὑπουργεῖν σοί τε καὶ τέκνοις θέλω·
σοὶ δ' οὐκ ἀρέσκει τἀγάθ', ἀλλ' αὐθαδίᾳ
φίλους ἀπωθεῖ· τοιγὰρ ἀλγυνεῖ πλέον.

ΜΗΔΕΙΑ.

χώρει· πόθῳ γὰρ τῆς νεοδμήτου κόρης
αἱρεῖ χρονίζων δωμάτων ἐξώπιος·
νύμφευ'· ἴσως γάρ, σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται,
γαμεῖς τοιοῦτον ὥςτε σ' ἀρνεῖσθαι γάμον.

v. 617. μήθ' ἡμῖν δίδου] Hanc scripturam librorum optimorum, Lasc. Paris. A. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15., pro vulgato μηδ' ἡμῖν δίδου receperant Brunckius ac Porsonus eamque etiam nuper defendit G. H. Schaeferus ad Demosth. Vol. I. p. 528. Saepe enim οὔτε — μήτε et οὔτε — οὔτε — μήτε in simili causa inter se opponuntur. Sic Demosth. de Chersoneso §. 68. ed. Bekk. p. 106, 22. Reisk.: ἐγὼ δὲ θρασὺς — οὔτ' εἰμὶ μήτε γενοίμην. de falsa leg. §. 149. ed. Bekk. p. 387, 13. Reisk.: ὑμῖν δὲ τοιοῦτο μὲν οὐδὲν οὔτ' ἦν μήτε γένοιτο τοῦ λοιποῦ κτέ., quo in loco perperam Bekk. Anecd. p. 177, 8. μηδὲ habent, coll. Schaef. Apparat. Vol. II. p. 568. et eiusdem Melet. crit. p. 91., tum C. Wex. ad Soph. Antig. v. 496. p. 178. R. K.

v. 616. οὔτ' ἂν — χρησαίμεθ' ἂν] Notum hodie nullo pleonasmo vel triplex eadem in sententia ἂν poni, si quidem aliud alii vocabulo iungendum est: quemadmodum hoc loco alterum referendum ad τοῖσι σοῖς, alterum ad verbum χρησαίμεθα. Rationem huius usus optime declaravit Rostius Gr. Gr. §. 120. annot. 4. p. 613. ed. VI.

v. 618. Comparavit iam schol. illud Sophoclis Ai. 665: ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα. [Non haec Sophocles ab Euripide petivit, ut Clemens Alexandrinus Stromat. lib. VI. p. 740, 12. ed. Pott. (Vol. III. p. 101. ed. meae), fortasse Porphyrium secutus, ait, sed haec et talia in medio posita erant, ut unus quisque eis libere quasi communi proverbio uti posset. Vide quae ad v. 523. dicta sunt. R. K.]

v. 627 seqq. Iasonis et Medeae res respiciens chorus deprecatur immodicam Venerem, discidiorum causam; tum eorum deplorat conditionem, qui patria priventur: quod Medeae accidit propter Iasonis perfidiam.

v. 627 seq. ὑπὲρ μὲν ἄγαν ἐλθόντες] Dicitur hoc proprie: qui super id, quod magnum aut nimium est, excedunt, ut ἄγαν quasi instar substantivi sit, quod postea ὑπεράγαν una voce dictum est. De vera vi ac potestate vocabuli ἄγαν cf. G. Hermanni Opusc. Vol. II. p. 231. R. K.

ΧΟΡΟΣ.

(στρ. α΄.)

Ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν
ἐλθόντες οὐκ εὐδοξίαν,
οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν
ἀνδράσιν· εἰ δ' ἅλις ἔλθοι
Κύπρις, οὐκ ἄλλα θεὸς εὔχαρις οὕτως.
μήποτ', ὦ δέσποιν', ἐπ' ἐμοὶ
χρυσέων τόξων ἐφείης
ἱμέρῳ χρίσασ' ἄφυκτον οἰστόν.

v. 627. Metrum prioris strophae mixtum est ex dactylis et trochaeis; alterius e Glyconeis atque iis numeris, qui solent cum Glyconeis coniungi.

στρ. α΄.

⏒ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
– –́ ⏑ – –́ ⏑
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏒
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
⏑⏑ –́ – –́ ⏑ – –
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ – ⏒

στρ. β΄.

–́ ⏑⏑ – –́ ⏑⏑ –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ – –
⏑⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏒
–́ ⏑ – –
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏑⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏒
–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑ –
×̲ ⏒ –́ ⏑⏑ – ⏑ –
–́ ⏑⏑ – ⏑ – –

v. 631. οὕτως] Sic Rom. A. B. C. E. Flor. 10. 15. Vulgo: οὕτω. R. K.

v. 633 seq. μήποτ', ὦ δέσποιν', ἐπ' ἐμοὶ — ἐφείης] ἐφείης Paris. A. B. D. Put. Burn. Rom. C. E. Flor. 10. 15. ἐφίης Lasc. Ald. Rom. A. B. Flor. 2. Havn. Eustath. p. 568, 24. Scholiasta ad h. l., qui ἐφίης explicat: μὴ ποιήσῃς τοιοῦτον ἔρωτα ἐμπεσεῖν εἰς ἐμέ. R. K.

v. 630 seq. Athenaeus XIII. p. 562. E: Θεόφραστος δ' ἐν τῷ Ἐρωτικῷ Χαιρήμονά φησι τὸν τραγικὸν λέγειν, ὡς τὸν οἶνον

(ἀντ. α'.)

στέργοι δέ με σωφροσύνα,
δώρημα κάλλιστον θεῶν·
μηδέ ποτ' ἀμφιλόγους ὀρ-
γὰς ἀκόρεστά τε νείκη
θυμὸν ἐκπλήξασ' ἑτέροις ἐπὶ λέκτροις
προςβάλοι δεινὰ Κύπρις, ἀ-
πτολέμους δ' εὐνὰς σεβίζουσ'
ὀξύφρων κρίνοι λέχη γυναικῶν.

(στρ. β'.)

ὦ πατρίς, ὦ δῶμά τ' ἐμόν,
μὴ δῆτ' ἄπολις γενοίμαν
τὸν ἀμαχανίας ἔχουσα δυςπέ-

v. 642. προςβάλοι δεινὰ Κύπρις] Sic Paris. B. D. Put. Cott. Rom. A. B. E. Flor. 10. 15. Havn., nisi quod is προςβάλει, ut supra στέργει scripturae vitio habet. Ceteri libri valde corrupti in hoc loco sunt. R. K.

v. 643. δ' εὐνάς] δ' adiecit primus Porsonus e Lasc. Habet Rom. A. B. Flor. 15. Agnoscit etiam scholiasta in explicatione. R. K.

v. 645. τ' ἐμόν] Haec verba om. Rom. omnes, Flor. A. 10. 15. Havn., casu, ut videtur. R. K.

v. 647. δυςπέρατον] δυςπέραντον Havn., tum Flor. A. 10., sed hi ante ἔχουσα habent. Iniuria A. Matthiae δυςπέραντον anteponendum putavit. R. K.

v. 655. ἔχομεν] ἔχω Flor. A. Rom. omnes, Flor. 10. 15. Havn. Lasc., quae falsa scriptura nata est e compendio ἔχὸ. R. K.

τῶν χρωμένων τοῖς τρόποις κεράννυσθαι, οὕτως καὶ τὸν Ἔρωτα· ὃς μετριάζων μέν ἐστιν εὔχαρις, ἐπιτεινόμενος δὲ καὶ διαταράττων χαλεπώτατος. [ἅλις. μετρίως. Hesych. Cf. Helen. 1111: εἰ δ' ἦσθα μετρία, τἄλλά γ' ἡδίστη θεῶν πέφυκας. ELMSLEIUS.]

v. 639. ἀμφιλόγους ὀργάς] In Sophoclis Antigona v. 111. in simili causa dicitur: ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων. Νείκη ἀμφίλογα, ὀργαὶ ἀμφίλογοι sunt, in quibus ab utraque parte fit altercatio. R. K.

v. 643 seq. ἀπτολέμους δ' εὐνὰς σεβίζουσ' ὀξύφρων κτἑ.] Optat chorus, ut Venus quieta matrimonia colat ac foveat et acuta qua est mentis acie coniugia mulierum discreta habeat, ne, si quando id minus faciat, in iura coniugalia a viris peccetur. R. K.

v. 650 seq. „Non immerito haeret Elmsleius in explicanda vulgata: θανάτῳ, θανάτῳ πάρος δαμείην ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσασα., quum dici debuisse videatur: ἤ, vel: πρὶν ἐξανύσαι τήνδε ἡμέραν. Nihil tamen causae est, quare hunc locum de vitio suspectum habeamus. Eadem enim dicendi forma usus est poeta, qua δείξω γεγώς et similia

ρατον αἰῶν'
οἰκτροτάτων ἀχέων.
θανάτῳ, θανάτῳ πάρος δαμείην
ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσασα· μό-
χθων δ' οὐκ ἄλλος ὕπερθεν ἢ
γᾶς πατρίας στέρεσθαι.

(ἀντ. β'.)

εἴδομεν, οὐκ ἐξ ἑτέρων
μύθων ἔχομεν φράσασθαι·
σὲ γὰρ οὐ πόλις, οὐ φίλων τις ᾤκτει-
ρεν παθοῦσαν
δεινότατον παθέων.
ἀχάριστος ὄλοιθ' ὅτῳ πάρεστι

v. 657. *ᾤκτειρεν*] Pflugkius e Musgravii coniectura scripserat cum Porsono *ᾤκτισεν*, quod versum strophicum brevem syllabam requirere diceret. Nos auctore G. Hermanno aliter versus disposuimus, ut anceps syllaba in ea sede stare posset. Ceterum Rom. C. Mag. Flor. 2. 15. Vict. *ᾤκτειρεν* scriptum exhibent, reliqui, ut videtur: *ᾤκτειρε*. R. K.

v. 658. *δεινότατον παθέων*] Libri prope omnes *δεινότατα*. Recte Elmsleius comparavit Eurip. El. 1226: *δεινότατον παθέων ἔρεξας*. R. K.

v. 659. *πάρεστι*] Sic Paris. A. Rom. A. B., Flor. A. 10. 15. Havn. Olim legebatur *παρέσται*. Similem orationis formam habes in Sophoclis Antigona v. 373: *μήτ' ἐμοὶ παρέστιος Γένοιτο μήτ' ἴσον φρονῶν, Ὃς τάδ' ἔρδει*. R. K.

saepissime dicuntur, quae proprie conversio quaedam est sententiarum. Ita *ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσασα θανάτῳ πάρος δαμείην* proprie est: hoc die perfuncta, prius moriar, quod nihil aliud esse apparet, quam: moriar potius, quam hunc diem exegerim. Nam *πάρος*, *πρὶν* et similia, ut apud Germanos, saepe nihil aliud quam potius significant. Ita Homerus (Iliad. lib. I. v. 29 seq.): *τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω· πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν Ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ*. Simili forma dicendi, ut in Medea, etiam in Alcestide v. 900. ed. Monk. usus est Euripides: *τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον ἁμαρτεῖν πιστῆς ἀλόχου*., in quo loco frustra haeserunt interpretes et critici. Hoc dicit: *ἁμαρτεῖν πιστῆς ἀλόχου, τί τούτου μεῖζον ἀνδρὶ κακόν;*" G. HERMANNUS.

v. 654 seq. *εἴδομεν, οὐκ ἐξ ἑτέρων μύθων κτἑ.*] Cf. Eurip. Heracl. v. 5: *οἶδα δ' οὐ λόγῳ μαθών*., et quae ad eum locum annotavit Pflugkius. R. K.

v. 655. *φράσασθαι*] perspicere. Hecub. 546: *ἡ δ', ὡς ἐφράσθη, τόνδ' ἐσήμηνεν λόγον*., ubi vid. annot.

v. 658. *ἀχάριστος ὄλοιθ'*] pessime pereat. Nam *ἄχαρι* vel

μὴ φίλους τιμᾶν καθαρὰν ἀνοί-
ξαντα κλῇδα φρενῶν· ἐμοὶ
μὲν φίλος οὔποτ' ἔσται.

ΑΙΓΕΥΣ.

Μήδεια, χαῖρε· τοῦδε γὰρ προοίμιον
κάλλιον οὐδεὶς οἶδε προςφωνεῖν φίλους.

ΜΗΔΕΙΑ.

ὦ χαῖρε καὶ σύ, παῖ σοφοῦ Πανδίονος,
Αἰγεῦ. πόθεν γῆς τῆςδ' ἐπιστρωφᾷ πέδον;

ΑΙΓΕΥΣ.

Φοίβου παλαιὸν ἐκλιπὼν χρηστήριον.

ΜΗΔΕΙΑ.

τί δ' ὀμφαλὸν γῆς θεσπιῳδὸν ἐστάλης;

ΑΙΓΕΥΣ.

παίδων ἐρευνῶν σπέρμ' ὅπως γένοιτό μοι.

v. 660. *ἀνοίξαντα*] Sic Paris. A. Rom. A. B. D. E. Flor. A. 15. Havn. Olim legebatur *ἀνοίξαντι*. Relatio casus ad infinitivum aptior hoc loco est quam ad pronomen *ὅτῳ*, quia res potius quam persona in eiusmodi locis conspicienda est. Ceterum vide Rost. §. 127. ann. 2. p. 691 sq. ed. VI. R. K.

ἀχάριστον dicitur quidquid grave est et invisum. Cf. Herodot. I, 38. 108.

v. 660. *ἀνοίξαντα*] Philostrat. V. A. V, 31. p. 213: *σοὶ δὲ καὶ τὰ στέρνα ἀνεῷχθαι δοκεῖ τἀμά.* [Dictum videtur pro: *καθαρὰς ἔχοντα δεῖξαι φρένας.* F. I.]

v. 663. Aegeus, consulto de prole suscipienda Apollinis oraculo, responsum satis obscurum retulerat, quod praeter schol. ad v. 674. ed. Matth. et ad Hippol. v. 11. exhibet Plutarch. V. Thes. c. 3: *Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδ', ὦ μέγα φέρτατε λαῶν, Μὴ λύσῃς, πρὶν δῆμον Ἀθηνῶν εἰςαφικέσθαι.* Eius interpretationem a Pittheo, Pelopis filio eodemque rege Troezeniorum, petiturus navem Corinthum appulerat. De Pitthei sapientia Plutarchus l. c.: *δόξαν δὲ μάλιστα πάντων ὡς ἀνὴρ λόγιος ἐν τοῖς τότε καὶ σοφώτατος ἔσχεν*, et quae sequuntur. — De usu voc. *χαῖρε* Lucian. T. I. p. 726: *τὸ μὲν δὴ χαίρειν ἀρχαία μὲν ἡ προςαγόρευσις, οὐ μὴν ἑωθινὴ μόνον οὐδ' ὑπὸ τὴν πρώτην ἔντευξιν, ἀλλὰ καὶ πρῶτον, μὴ ἰδόντες ἀλλήλους, ἔλεγον αὐτό, ὡς τό, Χαῖρ', ὦ δυνάστα τῆςδε γῆς Τιρυνθίας.*

Ibid. *τοῦδε γὰρ*] *ἢ τόδε*; cf. Rost. §. 109, 5. ann. 6. p. 548. not. 5. ed. VI. Sophoclis Ai. 1054: *ἐξεύρομεν αὐτὸν ἐχθίω Φρυγῶν.* Aeschyl. Sept. adv. Theb. 20: *τίνα γοῦν χώραν μᾶλλον εὔφρονα τῆςδ' ἀφικοίμεθα;*

v. 665. *σοφοῦ Πανδίονος*: *Εὐεπίφορός ἐστιν ὁ Εὐριπίδης εἰς τὸ λέγειν σοφὸς καὶ σοφή, πρὸς μηδὲν χρήσιμον παραλαμβάνων τὸ ὄνομα. κατὰ τί γὰρ σοφὸς ὁ Πανδίων λέγεται; Οὐ γὰρ δὴ ὠνόμασται τοιοῦτον αὐτοῦ τὸ ἔργον, ἀλλ' οὐδὲ πανουργίας ἐχόμενον, ὥςτε διὰ*

ΜΗΔΕΙΑ.

πρὸς θεῶν, ἄπαις γὰρ δεῦρ' ἀεὶ τείνεις βίον;

ΑΙΓΕΥΣ.

ἄπαιδές ἐσμεν δαίμονός τινος τύχῃ.

ΜΗΔΕΙΑ.

δάμαρτος οὔσης, ἢ λέχους ἄπειρος ὤν;

ΑΙΓΕΥΣ.

οὐκ ἐσμὲν εὐνῆς ἄζυγες γαμηλίου.

ΜΗΔΕΙΑ.

τί δῆτα Φοῖβος εἶπέ σοι παίδων πέρι;

ΑΙΓΕΥΣ.

σοφώτερ' ἢ κατ' ἄνδρα συμβαλεῖν ἔπη.

ΜΗΔΕΙΑ.

θέμις μὲν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ;

664. προσφωνεῖν φίλους] Sic multi sane libri, sed Ald. Rom. A. B. C. Cott. φίλοις. Hinc nascitur suspicio verbum προσφωνεῖν, ut alia huiusce modi verba, aliquando etiam cum dativo constructum esse. Etiam lib. Havn. φίλοις habere videtur, sed is a pr. m. habet προσφέρειν et in margine a sec. m. προσφανεῖν. R. K.

τοῦτο λέγεσθαι αὐτὸν σοφόν, ἀλλ' ὥσπερ παραπληρώματι χρῆται τῇ λέξει. SCHOLIASTA. Hoc ne quis ex eo numero, qui nimio odio Euripidis poesin nuper insectati sunt, arripiat, commemoro usitatam quandam urbanitatem sermonis fere necessario requirere, ut, si mentionem facias patris eius hominis, quicum loquare, eum honesta quadam praedicatione afficias. Itaque quum aliud, quod praedicabile esset de Pandione, non haberet Euripides, quia et seni et regi convenire hoc nomen videretur, appellavit eum σοφόν, ut patris praedicatione praesentem filium honestaret. R. K.

v. 668. Vide Orest. 591.

v. 673. εὐνῆς ἄζυγες] Vid. Matth. §. 339, 2.

v. 675. Hunc versum illustravit A. Matthiae Gr. Gr. §. 449. p. 844. Duae constructiones confusae sunt: σοφώτερα ἢ κατ' ἄνδρα et σοφώτερα ἢ ὥστε ἄνδρα συμβαλεῖν. Sic etiam Plato Cratyl. p. 392. A: ταῦτα μείζω ἐστὶν ἢ κατ' ἐμὲ καὶ σὲ ἐξευρεῖν. Conf. ad v. 1399. Matth. Gr. §. 632, 6. [Sic vulgo explicant tales locos, in quibus ego tamen confusionem duarum constructionum quam dicunt non agnosco. Nam est illa quidem ubertas quaedam orationis, quod non simpliciter dicitur: σοφώτερ' ἢ κατ' ἄνδρα, quod esset: sapientiora quam pro captu hominis, sed paulo explicatius: σοφώτερ' ἢ κατ' ἄνδρα συμβαλεῖν, quod est: sapientiora quam pro captu hominis ad intelligendum, ut apposito infinitivo explicetur, quemadmodum tota res intelligenda sit. Vide quae de ea re disputavi ad Devarium Vol. II. p. 583. R. K.]

v. 676. θέμις μὲν ἡμᾶς] De μέν, quod singularem notionem

ΑΙΓΕΥΣ.

μάλιστ', ἐπεί τοι καὶ σοφῆς δεῖται φρενός.

ΜΗΔΕΙΑ.

τί δῆτ' ἔχρησε; λέξον, εἰ θέμις κλύειν.

ΑΙΓΕΥΣ.

ἀσκοῦ με τὸν προὔχοντα μὴ λῦσαι πόδα.

ΜΗΔΕΙΑ.

πρὶν ἂν τί δράσῃς ἢ τίν' ἐξίκῃ χθόνα;

ΑΙΓΕΥΣ.

πρὶν ἂν πατρῴαν αὖθις ἑστίαν μόλω.

ΜΗΔΕΙΑ.

σὺ δ' ὡς τί χρῄζων τήνδε ναυστολεῖς χθόνα;

ΑΙΓΕΥΣ.

Πιτθεύς τις ἔστι γῆς ἄναξ Τροιζηνίας.

ΜΗΔΕΙΑ.

παῖς, ὡς λέγουσι, Πέλοπος εὐσεβέστατος.

ΑΙΓΕΥΣ.

τούτῳ θεοῦ μάντευμα κοινῶσαι θέλω.

ΜΗΔΕΙΑ.

σοφὸς γὰρ ἀνὴρ καὶ τρίβων τὰ τοιάδε.

v. 684. *παῖς, ὡς λέγουσι, Πέλοπος εὐσεβέστατος*] Sic recte Pflugkius cum Porsono et Elmsleio distinxit. Nam quod G. Hermannus antiquam interpunctionis rationem revocavit: *Πέλοπος, εὐσεβέστατος*, id nullo modo ferri potest. Neque enim effert in interrogatione, vide Platonis Charmid. p. 153. C: *Παρεγένου μέν, ἦ δ' ὅς, τῇ μάχῃ; Παρεγενόμην.* Menon. p. 82. B: *Ἕλλην μέν ἐστι καὶ ἑλληνίζει; Πάνυ γε σφόδρα, οἰκογενής.* Cf. A. Matth. Gr. Gr. §. 622, 6. R. K.

v. 677. *ἐπεί τοι καὶ σοφῆς*] Non est hic pleonasmus orationis dicendus, in qua opinione Elmsleius fuit, sed suam quaeque particula significationem facile tuetur. *Ἐπεί* enim causam rei significat, *τοὶ* autem affirmationem eam habet, ut quoquo modo aliquid sit, tamen revera esse asseveretur, *καί* denique pertinet ad singularem, quae sequitur, notionem, ut oratio ad eam quasi ad maiorem quendam gradum assurgere videatur. Cf. Heraclid. 508: *οὐ δῆτ'· ἐπεί τοι καὶ γέλωτος ἄξια.* et v. 744: *Θείην· ἐπεί τοι καὶ κακὸς μένειν δόρυ.* et quae praeterea Porsonus ad h. l. attulit. Vide quae dixi ad Devarium Vol. II. p. 553. Pflugk. ad Androm. 89. p. 16. R. K.

v. 679. *ἀσκοῦ με — πόδα*] *Ἀσκοῦ οὖν τῆς γαστρός, πόδα δὲ τὸ μόριον, παρόσον ὡς ὁ ποδεὼν τοῦ ἀσκοῦ προέχει. λέγει οὖν, ὅτι ἔχρησέ μοι μὴ συνελθεῖν ἑτέρᾳ, πρὶν ἐπιβῆναι τῆς πατρίδος. τοῦτο γὰρ αἰνίττεται, ὅπερ αὐτὸς οὐ συνίησιν.* SCHOLIASTA.

ΑΙΓΕΥΣ.

κἄμοιγε πάντων φίλτατος δορυξένων.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἀλλ' εὐτυχοίης καὶ τύχοις ὅσων ἐρᾷς.

ΑΙΓΕΥΣ.

τί γὰρ σὸν ὄμμα χρώς τε συντέτηχ' ὅδε;

ΜΗΔΕΙΑ.

Αἰγεῦ, κάκιστος ἔστι μοι πάντων πόσις.

ΑΙΓΕΥΣ.

τί φῄς; σαφῶς μοι σὰς φράσον δυςθυμίας.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἀδικεῖ μ' Ἰάσων οὐδὲν ἐξ ἐμοῦ παθών.

ΑΙΓΕΥΣ.

τί χρῆμα δράσας; φράζε μοι σαφέστερον.

ΜΗΔΕΙΑ.

† γυναῖκ' ἐφ' ἡμῖν δεσπότιν δόμων ἔχει.

ΑΙΓΕΥΣ.

ἦ που τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε;

ΜΗΔΕΙΑ.

σάφ' ἴσθ'· ἄτιμοι δ' ἐσμὲν οἱ πρὸ τοῦ φίλοι.

ὡς λέγουσι ad verba παῖς Πέλοπος pertinet, sed ad hanc notionem: παῖς εὐσεβέστατος. Ac sane dicendus erat Pittheus Pelopis filiorum maxime pius, quod Atreus, Thyestes, Chrysippus pietate non antecellebant. R. K.

v. 686. τρίβων τὰ τοιάδε] peritus talium rerum. Rhes. 625: τρίβων γὰρ εἶ τὰ κομψὰ καὶ νοεῖν σοφός. Cf. Matthiae. §. 346. not. 3.

v. 687. δορυξένων] Pausanias apud Eustath. ad Il. γ'. p. 405, 43: περὶ δὲ δορυξένου ὁ αὐτὸς Παυσανίας φησὶν, ὅτι δορύξενος ὁ ἐκ πολεμίων φίλος καὶ ὁ πρεσβεύων περὶ λύτρων, εἰ ζωγρηθεῖέν τινες. Et p. 485, 22: δορύξενος δὲ ὁ πολέμου χάριν ἢ ἐκ πολέμου φιλιωθείς, ὡς Γλαῦκος καὶ Διομήδης. Cf. Pollux III, 60. Schol. Lucian. T. II. p. 201.

v. 694. ἐφ' ἡμῖν] Alcest. 372: μὴ γαμεῖν ἄλλην ποτὲ Γυναῖκ' ἐφ' ὑμῖν. Cf. Monk. ad Alc. 316. Herodot. III, 1. Andocid. de myst. 128. [Quod adiectum legitur δεσπότιν, id hoc loco minime supervacaneum est, quum mos illius temporis concederet habere etiam concubinam, modo ne pro legitima uxore ac domina esset. R. K.]

v. 695. ἦ που] Elmsleii (quem vide ad h. l. et ad v. 1275. suae edit.) et Hermanni iudicium secutus edidit Dindorfius ἦ γάρ. Mihi ut discriminis aliquid inter has particulas intercedere videtur, ita cur alteram lectionem alteri contra librorum consensum praeferam, nihil causae video. Ἦ γάρ fere ma-

ΑΙΓΕΥΣ.
πότερον ἐρασθεὶς, ἢ σὸν ἐχθαίρων λέχος;
ΜΗΔΕΙΑ.
μέγαν γ' ἔρωτα· πιστὸς οὐκ ἔφυ φίλοις.
ΑΙΓΕΥΣ.
ἴτω νυν, εἴπερ ὡς λέγεις ἐστὶν κακός.
ΜΗΔΕΙΑ.
ἀνδρῶν τυράννων κῆδος ἠράσθη λαβεῖν.
ΑΙΓΕΥΣ.
δίδωσι δ' αὐτῷ τίς; πέραινέ μοι λόγον.
ΜΗΔΕΙΑ.
Κρέων, ὃς ἄρχει τῆσδε γῆς Κορινθίας.
ΑΙΓΕΥΣ.
ξυγγνωστὰ μεντἄρ' ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι.
ΜΗΔΕΙΑ.
ὄλωλα· καὶ πρός γ' ἐξελαύνομαι χθονός.

v. 703. *μεντἄρ'*] Vulgo *μὲν γάρ*. Emendavit Hermannus.

v. 706. *φυγάδα γῆς Κορινθίας*] Sic Flor. A. Paris. A. B. Put. Rom. A. D. E. Flor. 2. 10. 15. Vict. Havn., quo ducunt etiam Rom. B., qui habet *τῆσδε γῆς Κορινθίας* omisso *φυγάδα*, et Rom. C. *φυγάδα τῆσδε γῆς Κορινθίας*. Nam in his libris e versu 702. *τῆσδε* repetitum est, errore, ut videtur. Contra Aldina et reliqui, ut videtur, libri habent: *φυγάδα τῆσδ' ἔξω χθονός*. Quam scripturam recepit A. Matthiae, quod *φυγάδα γῆς Κορινθίας* e glossemate natum credidit. Id potest etiam secus esse. Nam poterat ad genitivum *γῆς Κορινθίας* explicandi causa adscribi *ἔξω* ac tum

iore cum vi interrogat, in re magna et atroci, vel nova certe et parum credibili: neque sane aliena eiusmodi interrogatio a nostro loco, velut si dicas: Nein, hat er wirklich etc. Lenius est *ἤ που*, quo plerumque utuntur qui id, quod revera factum est, coniectura assequuntur. Sed id neque semper fit neque particularum potestas flagitat: quae res fraudi fuit Elmsleio.

v. 699. *ἴτω νυν*] valeat, lafs ihn gehn, uti nos loquimur, aut ut Angli: let him go, quam vocem comparavit Elmsleius. R. K.

v. 708. *λόγῳ μέν, οὐχὶ καρτερεῖν δὲ βούλεται*] Ita ego librorum scripturam distinxi primus itaque legit olim scholiasta, qui haec sic explicat: *Φησὶν, ὅτι τῷ λόγῳ μὲν προςποιεῖται, τῷ δὲ ἔργῳ οὐ θέλει καρτεῖν καὶ ἀντέχειν*. Contra Elmsleius distinxit: *λόγῳ μὲν οὐχί, καρτερεῖν δὲ βούλεται*. „*Καρτερεῖν* enim," inquit, „tolerare significat, id est: iniuriam mihi a Creonte illatam aequo animo sustinere." Is igitur, ut ratio grammatica paene flagitare videtur, infinitivum ad Iasonem retulit. Contra A. Witzschelius, recte hoc sentiens, vix posse probari Elmsleii rationem, sic eam scripturam interpretatus est: Verbis quidem non concedit, vult

ΑΙΓΕΥΣ.
πρὸς τοῦ; τόδ' ἄλλο καινὸν αὖ λέγεις κακόν.
ΜΗΔΕΙΑ.
Κρέων μ' ἐλαύνει φυγάδα γῆς Κορινθίας.
ΑΙΓΕΥΣ.
ἐᾷ δ' Ἰάσων; οὐδὲ ταῦτ' ἐπήνεσα.
ΜΗΔΕΙΑ.
λόγῳ μέν, οὐχὶ καρτερεῖν δὲ βούλεται.
ἀλλ' ἄντομαί σε τῆςδε πρὸς γενειάδος
γονάτων τε τῶν σῶν, ἱκεσία τε γίγνομαι,
οἴκτειρον, οἴκτειρόν με τὴν δυςδαίμονα,
καὶ μή μ' ἔρημον ἐκπεσοῦσαν εἰςίδῃς,
δέξαι δὲ χώρᾳ καὶ δόμοις ἐφέστιον.
οὕτως ἔρως σοι πρὸς θεῶν τελεσφόρος
γένοιτο παίδων, καὐτὸς ὄλβιος θάνοις.
εὕρημα δ' οὐκ οἶσθ' οἷον εὕρηκας τόδε·

nasci illa scriptura, aut, quum τῆςδε e superioribus receptum esset, reliqua oratio metri causa sic conformari. Repetitio autem ista γῆς Κορινθίας in tanta orationis simplicitate non potest offensioni esse. R. K.

v. 708. λόγῳ μέν, οὐχὶ καρτερεῖν δὲ] Sic libri omnes scriptum exhibent ac sic legit scholiasta. Collatio Burneii, tum Paris. D. Rom. A. pro varia lectione offerunt: καρδίᾳ δὲ βούλεται, quod Musgravius, Porsonus aliique probaverunt. Falso. Vide explicationem.

tamen, ut iniuriam a Creonte mihi illatam aequo animo sustineam ac tolerem. Quae sententia neque satis apta est neque in illis verbis continetur. Scilicet eo erraverunt interpretes, quod haec aptius cum Aegei interrogatione: Ἐᾷ δ' Ἰάσων; coniungebant, quasi non ipse interposuisset vocem: οὐδὲ ταῦτ' ἐπήνεσα, qua voce significat Aegeus se vix responsionem adhuc exspectare, sed suspicari Iasonem iam hoc non impedire. Quod quum ita sit, intelligitur Medeae orationem per se constare ac recte a scholiasta explicatam esse. Dicit hoc: Oratione quidem vult, revera autem non vult. Id illa sic dixit, ut ad prius membrum assumendum esset verbum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Oratione quidem vult [contra venire], vi autem resistere non vult. R. K.

v. 713. δόμοις ἐφέστιον] Sophocles Trachin. 262: ὅς αὐτὸν ἐλθόντ' ἐς δόμους ἐφέστιον κτἑ. Eurip. Cycl. 370: δωμάτων ἐφεστίους ξένους.

v. 714. οὕτως] Sollemne in votis vocabulum. Lucian. Philopseud. §. 27: οὕτως ὀναίμην, ἔφη, τούτων, ὡς ἀληθῆ, ὦ Τυχιάδη, πρὸς σὲ ἐρῶ. Cf. Hom. Il. θ', 538. Convenit Latinum sic. Propert. I, 19, 11. Vide Matth. §. 513. n. 4. Boissonad. ad Aristaen. p. 307 seq.

παύσω δέ σ' ὄντ' ἄπαιδα, καὶ παίδων γονὰς
σπεῖραί σε θήσω· τοιάδ' οἶδα φάρμακα.

ΑΙΓΕΥΣ.

πολλῶν ἕκατι τήνδε σοι δοῦναι χάριν,
γύναι, πρόθυμός εἰμι, πρῶτα μὲν θεῶν,
ἔπειτα παίδων, ὧν ἐπαγγέλλει γονάς.
εἰς τοῦτο γὰρ δὴ φροῦδός εἰμι πᾶς ἐγώ.
οὕτω δ' ἔχει μοι· σοῦ μὲν ἐλθούσης χθόνα,
πειράσομαί σου προξενεῖν δίκαιος ὤν·
τοσόνδε μέντοι σοι προσημαίνω, γύναι·
ἐκ τῆςδε μὲν γῆς οὔ σ' ἄγειν βουλήσομαι,
αὐτὴ δ' ἐάνπερ εἰς ἐμοὺς ἔλθῃς δόμους,
μενεῖς ἄσυλος, κοὔ σε μὴ μεθῶ τινι.

v. 725. *τόσον γε μέντοι*] Sic Rom. A. B. C. Flor. 2. Mag. Vict. Cf. Arist. Ran. 60 seq.: *οὐκ ἔχω φράσαι· Ὅμως γε μέντοι σοι δι' αἰνιγμῶν ἐρῶ.* Sed reliqui libri *τοσόνδε μέντοι.* R. K.

v. 728. *μεθῶ τινι*] Sic plurimi et optimi libri, quod praestat vulgato: *μεθῶ ποτε*, quod maiore quadam vi dicitur h. l.: in ullius gratiam, quam: unquam.

v. 736. *οὐ μεθεῖς ἂν*] „Accipiendum, quasi esset *μεθείης ἄν.* Ed. Ald. *μεθεῖσαν*, nec variant MSS. D. E. MS. A. *μεθῇς ἄν.* Lib. P. et ed. Lasc. *μεθεῖ' ἄν.* MS. B. *μεθεῖς ἂν*, superscripto *ἐκδοίης. μεθεῖμεν* pro *μεθείημεν* exstat Orest. 1139. Sic alibi *σωθεῖμεν* pro *σωθείημεν.*" MUSGRAVIUS. Haec praeclara Musgravii annotatio, quae olim non solum repudiata, sed etiam derisa est, egregie confirmata est librorum auctoritate. Nam *μεθεῖς ἂν* cum gl. *ἐκδοίης* exhibent etiam Rom. D. Flor. A. 10. 15. *μεθῆσ' ἂν* Rom. A., ut *θῆσ'* sit in litura, *μεθῇς ἂν* Rom. B. *μεθεῖς ἂν* Rom. C. E. Mag. *μεθ' ἧς ἂν* Havn., denique scholiasta ipse quoque *μεθεῖς ἂν* legisse videtur, quod explicat per *ἐκδοίης.*,

v. 718. *τοιάδ'*] Infra v. 789: *τοιοῖςδε χρίσω φαρμάκοις δωρήματα.* Theocrit. II, 161: *Τοῖά οἱ ἐν κίστᾳ κακὰ φάρμακα φαμὶ φυλάσσειν.* Herodot. III, 85: *τοιαῦτα ἔχω φάρμακα.*

v. 722. *εἰς τοῦτο γὰρ δὴ φροῦδός εἰμι πᾶς ἐγώ*] Recte se habet altera scholiastae explicatio: *Εἰς τὸ παῖδας ποιῆσαι πάνυ ἐσπούδακα καὶ πρόθυμός εἰμι. ἔστι δὲ κυρίως ὁ προωδευκώς.* Nos dicimus, quamquam in vita potius communi: Denn darauf bin ich ganz aus. R. K.

[v. 723. *οὕτω δ' ἔχει μοι*] ad hunc modum sese habent res meae. HEATH.]

v. 724. Laudat Eustath. ad Il. *γ'.* p. 405, 15.

v. 729. *ἀπαλλάσσου πόδα*] Phoen. 979: *φεῦγ' ὡς τάχιστα τῆςδ' ἀπαλλαχθεὶς χθονός.* [Nempe *ἀπαλλάσσου πόδα* dictum est, quod active per duplicem accusativum dici poterat: *ἀπαλλάσσειν τινὰ πόδα.* Cf. Hecub. 812: *Οἴμοι τάλαινα, ποῖ μ' ὑπεξάγεις πόδα.* cum annotatione R. Porsoni. R. K.]

v. 736. *ἄγουσιν*] Soph. Oed. Col. 924: *οὔκουν ἔγωγ' ἂν — Ἄνευ γε τοῦ κραίνοντος ὅςτις ἦν*

ἐκ τῆςδε δ' αὐτὴ γῆς ἀπαλλάσσου πόδα·
ἀναίτιος γὰρ καὶ ξένοις εἶναι θέλω.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἔσται τάδ'· ἀλλὰ πίστις εἰ γένοιτό μοι
τούτων, ἔχοιμ' ἂν πάντα πρὸς σέθεν καλῶς.

ΑΙΓΕΥΣ.

μῶν οὐ πέποιθας; ἢ τί σοι τὸ δυςχερές;

ΜΗΔΕΙΑ.

πέποιθα· Πελίου δ' ἐχθρός ἐστί μοι δόμος
Κρέων τε. τούτοις δ' ὁρκίοισι μὲν ζυγεὶς
ἄγουσιν οὐ μεθεῖς ἂν ἐκ γαίας ἐμέ·
λόγοις δὲ συμβὰς καὶ θεῶν ἐνώμοτος
φίλος γένοι' ἂν κἀπικηρυκεύμασι

vide Schol. ed. Matth. Vol. V. p. 379. Iam etiam *μεθεῖς ἄν*, ut sit pro *μεθείης ἄν*, comprobavit G. Hermannus ad Euripidis Phoeniss. v. 1209. p. 109. Ceterum vide infra explicationem ad v. 738. R. K.

v. 737. *ἐνώμοτος*] Sic libri paene omnes, exceptis deterioribus quibusdam, Flor. 2. 15. et var. lect. Paris. B. D. R. K.

v. 738 seq. *κἀπικηρυκεύμασι οὐκ ἂν πίθοιο*] Sic libri, quos nunc habemus, omnes, quorum scripturam explicavi infra. Scholiasta commemorat scripturam *κἀπικηρυκεύματα*, comprobatam olim a Didymo, quam si quis revocare velit, non impedio: neque enim ad ipsam, quam in his verbis sitam esse dixi, sententiam magnum discrimen est. Nam potuit alio quodam modo etiam accusativus poni; vide Herodot. VIII, 81: *οἱ πλεῦνες τῶν στρατηγῶν οὐκ ἐπείθοντο τὰ ἐξαγγελθέντα.* Valckenarium ad Hippol. 1288. p. 343. ed. Lips. Rost. §. 104, 6. annot. 11. p. 501. ed. VI. A. Matth. §. 421. annot. 1. p. 773. R. K.

χθονὸς Οὐθ' εἷλκον οὔτ' ἂν ἦγον. Cf. 832. Eurip., Heracl. 64. 127. 267. Plutarch. Lysandr. 27: *τοὺς φεύγοντας ἐξ Ἀθηνῶν ἀγωγίμους εἶναι πανταχόθεν, ἐκσπόνδους δὲ τοὺς ἐνισταμένους τοῖς ἄγουσι.*

v. 737 seq. *λόγοις δὲ συμβὰς καὶ θεῶν ἐνώμοτος κτἑ.*] Hanc librorum scripturam, veram scriptoris sententiam non assecuti, mutarunt plerique critici. Et nunc quidem e lib. Flor. 2. 15. et e varia lectione Paris. B. D. pro *ἐνώμοτος*, quod reliqui libri ac scholiasta satis tuentur, scriptum est *ἀνώμοτος*, tum contra omnium librorum testimonium e Wyttenbachii Bibl. crit. II, 1. p. 67. coniectura: *τάχ' ἂν πίθοιο* pro *οὐκ ἂν πίθοιο* receptum v. 739. Scilicet eo erraverunt interpretes, quod putaverunt poetam duas easque inter se contrarias conditiones proponere, unam, si faciat foedus, alteram, si non faciat. Id ille, si ulla librorum auctoritas est, non fecit, sed ita potius conformavit ratiocinationem: In horum igitur meorum inimicorum gratiam, foedere obstrictus, me non dimittes, quum me e terra ducere volent, sed

οὐκ ἂν πίθοιο· τἀμὰ μὲν γὰρ ἀσθενῆ,
τοῖς δ' ὄλβος ἐστὶ καὶ δόμος τυραννικός.

ΑΙΓΕΥΣ.

πολλὴν ἔλεξας, ὦ γύναι, προμηθίαν·
ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι δρᾶν τάδ', οὐκ ἀφίσταμαι.
ἐμοί τε γὰρ τάδ' ἐστὶν ἀσφαλέστατα,
σκῆψίν τιν' ἐχθροῖς σοῖς ἔχοντα δεικνύναι,
τὸ σόν τ' ἄραρε μᾶλλον· ἐξηγοῦ θεούς.

ΜΗΔΕΙΑ.

ὄμνυ πέδον Γῆς πατέρα θ' Ἥλιον πατρὸς
τοὐμοῦ θεῶν τε συντιθεὶς ἅπαν γένος.

ΑΙΓΕΥΣ.

τί χρῆμα δράσειν, ἢ τί μὴ δράσειν; λέγε.

ΜΗΔΕΙΑ.

μήτ' αὐτὸς ἐκ γῆς σῆς ἔμ' ἐκβαλεῖν ποτε,
μήτ' ἄλλος ἤν τις τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν ἄγειν
χρήζῃ, μεθήσειν ζῶν ἑκουσίῳ τρόπῳ.

ΑΙΓΕΥΣ.

ὄμνυμι Γαῖαν λαμπρὸν Ἡλίου τε φῶς
θεούς τε πάντας ἐμμένειν ἃ σοῦ κλύω.

v. 741. **ἔλεξας, ὦ γύναι**] Sic Lasc. Flor. A. Par. omnes, Cotton. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Vict. Flor. 2. pro v. l. Contra Ald. Rom. C. Flor. 2. Havn. habent: **ἔλεξας ἐν λόγοις**, quod per se ferri potest. R. K.

v. 743. *ἀσφαλέστατα*] Sic libri paene omnes. Ald. Rom. C. Pseudogreg. 781. *ἀσφαλέστερα*, quod est nimio exaequandae orafacta verborum obligatione et quum teneris iure iurando deorum, amicus mihi eris et denuntiationibus et oblatis conditionibus inimicorum meorum non obtemperabis. Habemus igitur eiusdem rei similem significationem in posteriore membro atque in priore, quod Graeci saepenumero, quo magis tota causa appareret, fecerunt. In his primum *δέ* offendere non poterit ibi, ubi etiam *ἀλλά* poni poterat; vide v. 712 seq.: *Καὶ μή μ' ἔρημον ἐκπεσοῦσαν εἰςίδῃς, δέξαι δὲ χώρᾳ καὶ δόμοις ἐφέστιον.* et me ad Devarium Vol. II. p. 360. Tum apparet per sese verba: *φίλος γένοιτ' ἄν*, pertinere ad Medeam, cui ille amicus futurus sit hac conditione. Quod autem *ἐπικηρυκεύματα* mox referuntur ad inimicorum denuntiationes, id propterea nullam poterit offensionem habere, quod ipsum verbum (*τὰ ἐπικηρυκεύματα*) legationem ab exteris et oblatas conditiones, ut aliquid impetrent, significat et, ut comparata res est, hic non poterit referri nisi ad inimicos Medeae. R. K.

v. 751. *μεθήσειν ζῶν*] Solemnis fere formula est, ut in asseveratione ponamus hoc, nos viventes aliquid non facturos esse. Hinc apparet paucorum librorum

ΜΗΔΕΙΑ.

ἀρκεῖ· τί δ' ὅρκῳ τῷδε μὴ 'μμένων πάθοις;

ΑΙΓΕΥΣ.

ἃ τοῖσι δυςσεβοῦσι γίγνεται βροτῶν.

ΜΗΔΕΙΑ.

χαίρων πορεύου· πάντα γὰρ καλῶς ἔχει,
κἀγὼ πόλιν σὴν ὡς τάχιστ' ἀφίξομαι
πράξασ' ἃ μέλλω καὶ τυχοῦσ' ἃ βούλομαι.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλά σ' ὁ Μαίας πομπαῖος ἄναξ
πελάσειε δόμοις, ὧν τ' ἐπίνοιαν
σπεύδεις κατέχων πράξειας, ἐπεὶ
γενναῖος ἀνήρ,
Αἰγεῦ, παρ' ἐμοὶ δεδόκησαι.

ΜΗΔΕΙΑ.

ὦ Ζεῦ Δίκη τε Ζηνὸς Ἡλίου τε φῶς,
νῦν καλλίνικοι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν, φίλαι,
γενησόμεσθα, κεἰς ὁδὸν βεβήκαμεν·
νῦν δ' ἐλπὶς ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς τίσειν δίκην.

tionis studio propter seq. τὸ σόν τ' ἄραρε μᾶλλον falso illatum nec debuit probari Elmsleio. R. K.

v. 765. καλλίνικοι] Quod olim legebatur καλλίνικαι, id nec Graecum est nec defenditur librorum auctoritate neque vero omnino hic femininum ferri potest. Cf. mox v. 771. μολόντες, et quae dicta sunt supra ad v. 314. R. K.

scripturam γῆς pro ζῶν nullo modo probari posse. R. K.

v. 752. De particula τὲ post secundum vocabulum illata cf. Matth. Gr. p. 1277. Herm. ad Hecub. 77. Ion. 485: ἐμοὶ μὲν πλοῦτόν τε πάρος βασιλικῶν θαλάμων τ' εἶεν τροφαὶ κήδειοι κεδνῶν τέκνων. [Postpositum τὲ qui ferri noluerunt, scripserunt e varietate lectionis v. 746. Γαῖαν Ἡλίου θ' ἁγνὸν φάος, quod non est imitandum. R. K.]

v. 753. ἐμμένειν ἃ σου κλύω] Exspectabas ἐμμενεῖν οἷς σου κλύω. Ac praesentis infinitivo pro futuro usus est in simili sententia Phoen. v. 1247: ὅρκους συνῆψαν ἐμμένειν στρατηλάται.

Neque desunt exempla neglectae attractionis: statim v. 758. τυχοῦσ' ἃ βούλομαι dictum pro τ. ὧν βούλομαι. Cf. Herm. ad Vig. p. 762. [Nempe tum attractio facta non est, si quando singula debebant magis per se ipsa constare, quod uti fieret, consentaneum erat in solemni iuris iurandi carmine et postea in ista Medeae non minus solemni optatione, qua prosequitur Aegeum. R. K.]

v. 759. De Mercurio πομπαίῳ v. Gedike ad Sophocl. Philoct. 133.

v. 764. ὦ Ζεῦ Δίκη τε Ζηνὸς Ἡλίου τε φῶς] „Τοῦτο μόνον ἡ Μήδεια αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἀ-

οὗτος γὰρ ἀνήρ, ᾗ μάλιστ' ἐκάμνομεν,
λιμὴν πέφανται τῶν ἐμῶν βουλευμάτων·
ἐκ τοῦδ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων
μολόντες ἄστυ καὶ πόλισμα Παλλάδος.
ἤδη δὲ πάντα τἀμά σοι βουλεύματα
λέξω· δέχου δὲ μὴ πρὸς ἡδονὴν λόγους.
πέμψασ' ἐμῶν τιν' οἰκετῶν Ἰάσονα
εἰς ὄψιν ἐλθεῖν τὴν ἐμὴν αἰτήσομαι·
μολόντι δ' αὐτῷ μαλθακοὺς λέξω λόγους,

v. 781. Elmsl. coni. οὐχ ὡς λιποῦσ' ἄν. Non opus est. Philostr. Vit. Soph. II. p. 583: καὶ οὔ φημι ταῦτα, ὡς οὐχὶ ναφωνεῖ τῇ Δικαιοσύνῃ καὶ τοῖς λοιποῖς θεοῖς, ὡς εὐχαριστοῦσα, τὰ δὲ λοιπὰ πρὸς τὸν χορόν." SCHOLIASTA. Vide supra v. 147. R. K.

v. 769 seq. λιμὴν] Androm. 893: ὦ ναυτίλοισι χείματος λιμὴν φανείς, Ἀγαμέμνονος παῖ. Cf. Herc. Fur. 477: ἔκ τ' Ἀθηναίων χθονὸς Σπάρτης τε Θηβῶν θ' ὡς ἀνημμένοι κάλως Πρυμνησίοισι βίον ἔχοιτ' εὐδαίμονα. Philostr. V. A. V, 29. p. 212: ὅθεν ἐκ σοῦ, Ἀπολλώνιε, πεῖσμα ἐγὼ βάλλομαι.

v. 773. δέχου δὲ μὴ πρὸς ἡδονὴν λόγους] I. e. noli exspectare laeta me dicturam. Sophocl. El. 921: τί δ' ἔστιν; οὐ πρὸς ἡδονὴν λέγω τάδε; Cf. Viger. p. 664. Dorvill. ad Charit. p. 554.

v. 777 seqq. ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταῦτα καὶ καλῶς ἔχει, γάμους τυράννων κτἑ.] Horum verborum haec est constructio: μαλθακοὺς λέξω λόγους, ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταῦτα καὶ καλῶς ἔχει, οὓς τυράννων γάμους ἔχει ἡμᾶς προδούς· καὶ ξύμφορ' εἶναι (λέξω) καὶ καλῶς ἐγνωσμένα. Quibus in verbis admodum usitata Graecis constructio est, ut per pronomen generis neutri monstretur nomen alius generis, veluti in Platonis Apol. p. 37. A. ed. H. Steph. dicitur: τούτου τιμῶμαι, ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως. Cf. Rost. §. 99, 6. e. p. 463. ed. VI. Matth. §. 439. Ita primum recte diceretur: ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταῦτα καὶ καλῶς ἔχει, γάμοι τυράννων, οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει, eodemque iure in seqq., mutata constructione in accusativum cum infinitivo: καὶ ξύμφορ' εἶναι καὶ καλῶς ἐγνωσμένα, quod illi γάμοι quasi quidam rerum ac negotiorum complexus monstrantur primum per pronomen ταῦτα, tum per adiectiva neutralia. Quod autem poeta pro: γάμοι τυράννων, οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει, maluit dicere: γάμους τυράννων οὓς — ἔχει, id attractionis lege a Graecis scriptoribus etiam alias recepta factum est, veluti in Sophoclis Trachiniis v. 280 seq. dicitur: τάσδε δ' ἅσπερ εἰσορᾷς, Ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑροῦσαι βίον Χωροῦσι πρὸς σέ, quod est proprie sic cogitandum: ἅσπερ δὲ τάσδε εἰσορᾷς, αὗται κτἑ., uti in nostro loco: γάμους τυράννων οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει, hoc scribentis animo obversabatur: ταῦτα — καλῶς ἔχει, οὓς γάμους τυράννων — ἔχει. Cf. Rost. §. 99. annot. 7. p. 467. ed. VI. Matth. §. 474. et quae dixi supra ad v. 12. Quod autem posita priore parte orationis mutata constructione pergitur: καὶ ξύμφορ' εἶναι κτἑ., recte

ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταῦτα καὶ καλῶς ἔχει,
γάμους τυράννων οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει·
καὶ ξύμφορ' εἶναι καὶ καλῶς ἐγνωσμένα.
παῖδας δὲ μεῖναι τοὺς ἐμοὺς αἰτήσομαι,
οὐχ ὡς λιποῦσα πολεμίας ἐπὶ χθονὸς
ἐχθροῖσι παῖδας τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι,
ἀλλ' ὡς δόλοισι παῖδα βασιλέως κτάνω.
πέμψω γὰρ αὐτοὺς δῶρ' ἔχοντας ἐν χεροῖν,
νύμφῃ φέροντας, τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα,

καὶ τοῦ βασιλέως ἀνοικίσοντος ἀπολωλυῖαν πόλιν, ἣν οὖσαν ἐθαύμασεν. Codex ἀνοικίσαντος: fortasse: ἂν οἰκίσαντος.

iam Elmsleius hoc satis usitatum esse Graecis demonstravit duobus Thucydidis locis: III, 3: ἐςηγγέλθη γὰρ αὐτοῖς, ὡς εἴη Ἀπόλλωνος Μαλόεντος ἔξω τῆς πόλεως ἑορτή, ἐν ᾗ πανδημεὶ Μιτυληναῖοι ἑορτάζουσι, καὶ ἐλπίδα εἶναι ἐπειχθέντας ἐπιπεσεῖν ἄφνω. III, 25: καὶ ἔλεγε τοῖς προέδροις, ὅτι ἐςβολή τε ἅμα ἐς τὴν Ἀττικὴν ἔσται καὶ αἱ τεσσαράκοντα νῆες παρέσονται, ἃς ἔδει βοηθῆσαι αὐτοῖς· προαποπεμφθῆναί τε αὐτὸς τούτων ἕνεκα καὶ ἅμα τῶν ἄλλων ἐπιμελησόμενος. Cf. Rost. §. 122. annot. 3. p. 643. ed. VI. Nunc videat mihi aliquis ineptas criticorum rationes, qui primum ex ed. Hervagianae 2. errore contra omnium librorum testimonium propagaverunt vitium hoc: καὶ καλῶς ἔχειν, rati iam eo loco potuisse ab inchoata structura recedi, quo nihil potest esse absurdius: tum versum 778: γάμους τυράννων οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει, praetermissum in uno lib. Flor. A. propter homoeoteleuton praecedentis versus, quod ipsum in illo ipso libro sexcenties factum est, omitti voluerunt, quamquam in eo ipso omnis sententiae vis ac potestas posita est, atque omisso illo versu mirifice languerent sequentia: καὶ ξύμφορ' εἶναι καὶ καλῶς ἐγνωσμένα, ut alias non minus ineptas rationes omittamus. R. K.

v. 781. οὐχ ὡς λιποῦσα] Hoc est: non quasi reliquerim iam nunc. Id si dictum esset per futurum: οὐχ ὡς λείψουσα, esset: non quasi relictura sim. Adiecta autem ad aoristum ἂν particula res ad experientiam revocaretur diceretur que: non quasi relictura essem, si res eveniret aliquando. R. K.

v. 785. νύμφῃ φέροντας, τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα] Nihil miri habet, quod statim ad missionem donorum adiungitur: τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα, ut ne fugiant hanc terram, quod illud consilium, si non proprio verbo, tamen ipsa mittendi actione significatur. Nam qui mittit donum alicui, aut benevolum vult aliquem omnino sibi reddere aut etiam ab eo, ad quem mittit, aliquid impetrare. Et hoc ne scholiastas quidem fugit, ac si qui hic aliam lectionem requirebant, fecerunt hoc propterea, non ut consilium magis exstaret, sed ut simulatio consilii, non veritas, significaretur. Dicit enim scholiasta: Γράφεται δῆθεν μή, ἵν' ᾖ ἀντὶ τοῦ ὡς δὴ παραιτησομένους τὴν φυγήν. Τιθέασι γὰρ τὸ δῆθεν ἀντὶ τοῦ ὡς δή. Id adeo reponi sic posset, ut scri-

λεπτόν τε πέπλον καὶ πλόκον χρυσήλατον·
κἄνπερ λαβοῦσα κόσμον ἀμφιθῇ χροΐ,
κακῶς ὀλεῖται πᾶς θ' ὃς ἂν θίγῃ κόρης·
τοιοῖςδε χρίσω φαρμάκοις δωρήματα.
ἐνταῦθα μέντοι τόνδ' ἀπαλλάσσω λόγον·
ᾤμωξα δ' οἷον ἔργον ἔστ' ἐργαστέον
τοὐντεῦθεν ἡμῖν· τέκνα γὰρ κατακτενῶ
τἄμ'· οὔτις ἔστιν ὅςτις ἐξαιρήσεται·
δόμον τε πάντα συγχέασ' Ἰάσονος
ἔξειμι γαίας, φιλτάτων παίδων φόνον
φεύγουσα καὶ τλᾶσ' ἔργον ἀνοσιώτατον.
οὐ γὰρ γελᾶσθαι τλητὸν ἐξ ἐχθρῶν, φίλαι.
ἴτω· τί μοι ζῆν κέρδος; οὔτε μοι πατρὶς
οὔτ' οἶκος ἔστιν οὔτ' ἀποστροφὴ κακῶν.
ἡμάρτανον τόθ', ἡνίκ' ἐξελίμπανον
δόμους πατρῴους, ἀνδρὸς Ἕλληνος λόγοις
πεισθεῖσ', ὃς ἡμῖν σὺν θεῷ τίσει δίκην.
οὔτ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ παῖδας ὄψεταί ποτε
ζῶντας τὸ λοιπὸν οὔτε τῆς νεοζύγου

v. 786. *λεπτόν τε πέπλον κτἑ.*] Hunc versum, etsi infra v. 949. repetitur, omitti non posse iam intellexerunt interpretes. Nemo enim, si omissus esset, posset intelligere sequentia: *κἄνπερ λαβοῦσα κόσμον ἀμφιθῇ χροΐ.* Quod autem infra rursus ponitur idem versus, id nullam habet offensionem. Nam quum eadem res dicatur diversis personis, paene necesse erat poni etiam in causa una ac simplici eadem verba. Ac nemo Graecus epicae poeseos beretur: *νύμφῃ φέροντας, δῆθε μὴ φεύγειν χθόνα*; vide quae disputavi ad Devarium Vol. II. p. 434. et de forma quidem *δῆθε* p. 435 sq. Sed tamen ista antiqua coniectura nullo modo opus est, quod de vero consilio suo Medea in reliqua oratione minime celat auditores. Quod autem hunc versum 785., quia in libro Paris. A. post v. 786. reiicitur, in Havniensi autem libro ab altera demum manu in margine additus est, suppositicium habuerunt critici, huic suspicioni et reliqui libri et scholiastae auctoritas satis repugnant, ut casu ex antiquo libro excidisse, dein ab alio librario in margine, ab alio posteriore loco adiectus esse videatur: quod est etiam aliis in locis factum, ubi nulla interpolationis suspicio est. Ne quis autem libri Paris. A. in collocandis verbis auctoritatem anteponat ceterorum librorum testimonio, neque adeo praestat ille liber et, nisi errore factum est, poterant transponi verba ad similitudinem eorum, quae infra leguntur v. 949 seq. Aptior enim illa versus sedes non est. R. K.

v. 793. Heracl. 976: *τοῦτον δ', ἐπείπερ χεῖρας ἦλθεν εἰς ἐμάς, Οὐκ ἔστι θνητῶν ὅςτις*

νύμφης τεκνώσει παῖδ', ἐπεὶ κακὴν κακῶς
θανεῖν σφ' ἀνάγκη τοῖς ἐμοῖσι φαρμάκοις.
μηδείς με φαύλην κἀσθενῆ νομιζέτω,
μηδ' ἡσυχαίαν, ἀλλὰ θατέρου τρόπου,
βαρεῖαν ἐχθροῖς καὶ φίλοισιν εὐμενῆ·
τῶν γὰρ τοιούτων εὐκλεέστατος βίος.

ΧΟΡΟΣ.

ἐπείπερ ἡμῖν τόνδ' ἐκοίνωσας λόγον,
σέ τ' ὠφελεῖν θέλουσα καὶ νόμοις βροτῶν
ξυλλαμβάνουσα δρᾶν σ' ἀπεννέπω τάδε.

ΜΗΔΕΙΑ.

οὐκ ἔστιν ἄλλως· σοὶ δὲ συγγνώμη λέγειν
τάδ' ἐστί, μὴ πάσχουσαν ὡς ἐγὼ κακῶς.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλὰ κτανεῖν σὼ παῖδε τολμήσεις, γύναι;

ΜΗΔΕΙΑ.

οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα δηχθείη πόσις.

ΧΟΡΟΣ.

σὺ δ' ἂν γένοιό γ' ἀθλιωτάτη γυνή.

lector atque auditor poterat in his locis haerere. R. K.

v. 816. *σὼ παῖδε*] Elmsleius ex Rom. C. edidit *σὸν σπέρμα*, id, quod probavit A. Matthiae. Cf. tamen v. 969: *ἀλλ', ὦ τέκν', εἰςελθόντε πλουσίους δόμους*. [Scilicet quum optimorum librorum scriptura *σὼ παῖδε* mutata esset in *σοὺς παῖδας* (Flor. A. 10.), alii *σὸν παῖδα* (Rom. D. Flor. 15.) scripserunt, ut metrum constaret, alii etiam audacius: *σὸν σπέρμα*. R. K.]

ἐξαιρήσεται. Alc. 848: *οὐκ ἔστιν ὅςτις αὐτὸν ἐξαιρήσεται*. Cf. Aristoph. Pac. 316.

v. 795 seq. *φιλτάτων παίδων φόνον φεύγουσα*] Affert A. Matthiae Hipp. 35: *μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν*. et Iphig. Taur. 1144: *ὡς μεταστήσω φόνον*. 1178: *μὴ συναντῷεν φόνῳ*. coll. Suppl. 147. Oen. fragm. I, 2.

v. 804 seq. *οὔτε τῆς νεοζύγου νύμφης τεκνώσει*] De genitivo a *τεκνοῦν* suspenso conf. Rost. §. 108, 3. p. 536. ed. VI. R. K.

v. 805 *κακὴν κακῶς*] Demosth. de Coron. §. 267: *καὶ κακὸν κακῶς σε μάλιστα μὲν οἱ θεοί, ἔπειτα οὗτοι πάντες ἀπολέσειαν*. Copiam exemplorum suppeditat Elmsleius ad h. l.

v. 808. *θατέρου τρόπου*] Aristoph. Av. 109: *Ἐπ. Μῶν Ἡλιαστά; Εὐ. μὰ Δία, θατέρου τρόπου.*

v. 815. *μὴ πάσχουσαν*] Notandus accusativus praecedenti dativo *σοὶ δὲ συγγνώμη*. Lysias de aff. tyrann. §. 11: *προςήκειν αὐτοῖς ἑτέρας ἐπιθυμεῖν πολιτείας, ἐλπίζοντας τὴν μεταβολὴν ὠφέλειάν τινα αὐτοῖς ἔσεσθαι*. Cf. supra v. 659 seq. Stallbaum. ad Plat. Symp. p. 33. Matth. §. 536. not.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἴτω· περισσοὶ πάντες οὑν μέσῳ λόγοι.
ἀλλ' εἶα χώρει καὶ κόμιζ' Ἰάσονα·
εἰς πάντα γὰρ δὴ σοὶ τὰ πιστὰ χρώμεθα.
λέξῃς δὲ μηδὲν τῶν ἐμοὶ δεδογμένων,
εἴπερ φρονεῖς εὖ δεσπόταις γυνή τ' ἔφυς.

ΧΟΡΟΣ.

(στρ. α'.)

Ἐρεχθεῖδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι,

v. 822. Vulgo λέξεις. Correxit Elmsleius, coll. Iphig. Taur. 1187. θαυμάσῃς μηδέν. Troad. 460. δακρύσῃς μηδέν. Herc. Fur. 212. δράσῃς μηδέν. 275. πάθητε μηδέν.

v. 824. Prior stropha constat ex dactylicis versibus, quos aut praecedunt aut sequuntur plerumque trochaei vel penthemimeres iambica. Posterior Glyconeos habet.

στρ. α'.

⏓ –́ ⏖ – ⏖ – ⏓ –́ ⏑ –
–́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ –
– –́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ –
–́ ⏖ – ⏖̄ – ⏓ –́ ⏖ – ⏖ –
– –́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – –
–́ ⏖ – ⏖ – – –́ ⏑ – ⏓
× – –́ ⏖ – ⏑ – –

στρ. β'.

⏓ –́ ⏖ – ⏖ –
–́ ⏖ – ⏑ –
–́ ⏑ – ⏑ – –
– –́ ⏖ – ⏑ – –
– –́ ⏖ – ⏑ – ⏓
– –́ ⏖ – – –
– –́ ⏖ – ⏑ – –
– –́ ⏖ – ⏑ – –
– –́ ⏖ – ⏑ –
– –́ ⏖ – –

v. 820. Nutricem alloquitur. Phoen. 997: ἀλλ' εἶα χώρει· μὴ τὸ σὸν κωλυέτω.

v. 824 sqq. Laudes Athenarum, quam in urbem, patrata caede, concessura erat Medea: sed vere–

καὶ θεῶν παῖδες μακάρων, ἱερᾶς
χώρας ἀπορθήτου τ' ἀποφερβόμενοι
κλεινοτάταν σοφίαν, ἀεὶ διὰ λαμπροτάτου
βαίνοντες ἁβρῶς αἰθέρος, ἔνθα ποθ' ἁγνὰς
ἐννέα Πιερίδας Μούσας λέγουσι
ξανθὰν Ἁρμονίαν φυτεῦσαι·

v. 826. ἀπορθήτου τ' ἀποφερβόμενοι] Sic libri omnes habent hunc locum praeter Flor. A., qui exhibet ἀπορθήτας, quod contra ceterorum librorum ac non dubium scholiastae testimonium nullo pacto potest recipi. Tum scholiasta commemorat scribendum sibi videri: ἄπο φερβόμενοι, ut constructio haec sit: ἀπὸ ἀπορθήτου χώρας κτέ. Sed multo facilius est praepositionem ad verbum assumi. R. K.

v. 833. Ald. rell. Rom. C. λέγουσι Μούσας. [Illud habent Paris. A. Rom. A. B. Havn. Flor. 10. R. K.]

tur chorus, ne impiam liberorum interfectricem nemo recepturus sit, et necem deprecatur. — Sed ut singula videamus, Ἐρεχθεῖδαι sunt Athenienses ab Erechtheo, divinae stirpis homine, eoque ipsi θεῶν παῖδες (cf. Brunck. ad Soph. Antig. 985.), ut Troiani pia gens, quod Aeneas pius; ἀπὸ θεῶν γεγονότας etiam Isocrates Panath. 124. dicit. Steph. Byz. v. Ἀθῆναι p. 44: Ἄβρων δὲ ἐν τῷ περὶ παρωνύμων, ὅτι εἰσὶ διτταὶ προσηγορίαι παρὰ ποιηταῖς, ἀπό τε τῆς πατρίδος καὶ τοῦ συνοικιστοῦ. Ἁλικαρνασσεῖς γοῦν Ἀνθεάδαι, καὶ Φαλαντιάδαι οἱ Ταραντῖνοι ἐλέγοντο ἀπὸ τῶν διασημοτάτων παρ' αὐτοῖς· Ἀθηναῖοι δὲ Κοδρίδαι καὶ Κεκροπίδαι, Θησεῖδαι, Ἐρεχθεῖδαι. Καὶ ταύτας γε τὰς κλήσεις τῶν ἀπὸ τῆς πατρίδος ἐντιμοτέρας ἐνόμιζον. — Mox terrae sacrae invictaeque et coeli nitidissimi beneficio (cf. Kruse, Hellas II, 1. p. 58 seqq.) Athenienses sapientia imbuti bonisque artibus innutriti dicuntur. Ἀπόρθητον autem Atticam appellavit propter bellicam gloriam: necdum enim belli Peloponnesiaci clades experta erat. Nisi mavis haec explicare ex Thucyd. I, 2: τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διὰ τὸ λεπτόγεων ἀστασίαστον οὖσαν ἄνθρωποι ᾤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί. Conf. Strabon. VIII. p. 333: Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις συνέβη, λεπτόγεών τε καὶ τραχεῖαν οἰκοῦντας χώραν, ἀπορθήτους μὲν εἶναι, καὶ αὐτόχθονας νομισθῆναι διὰ τοῦτό φησιν ὁ Θουκυδίδης, κατέχοντας τὴν αὐτὴν ἀεί, μηδενὸς ἐξελαύνοντος αὐτοὺς μηδ' ἐπιθυμοῦντος ἔχειν τὴν ἐκείνων.

v. 834 seq. Adiectivum ξανθάν dubitare nos non sinit, quin Ἁρμονία sit nomen proprium (ξανθαὶ Χάριτες sunt apud Pindar. Nem. V, 54.). Harmoniae autem filias, easque in Attica natas, etsi nemo Musas tradiderit praeter Euripidem, tamen ingeniosum est poetae commentum, neque illis aut mater alia quam Harmonia dignior, aut, his praesertim ludorum Bacchicorum diebus, natale solum convenientius excogitari poterat. [Fabulam attigit Hermannus in Opusc. Vol. II. p. 296.]

(ἀντ. α΄.)

τοῦ καλλινάου τ' ἀπὸ Κηφισοῦ ῥοὰς
τὰν Κύπριν κλῄζουσιν ἀφυσσαμέναν
χώραν καταπνεῦσαι μετρίας ἀνέμων
ἡδυπνόους αὔρας, ἀεὶ δ' ἐπιβαλλομέναν
χαίταισιν εὐώδη ῥοδέων πλόκον ἀνθέων
τᾷ σοφίᾳ παρέδρους πέμπειν ἔρωτας,
παντοίας ἀρετᾶς ξυνεργούς.

(στρ. β΄.)

πῶς οὖν ἱερῶν ποταμῶν
ἢ πόλις ἢ φίλων

v. 835. *ἀπὸ Κηφισοῦ ῥοὰς*] *ἀπὸ* ediderunt Brunck. Pors. Elmsl. Matth. e Paris. A. Rom. A. B. D. Flor. 10. 15. Havn. pro vulgato: *ἐπί*. Tum *ῥοὰς* est in Paris. A. superscriptum. Libri habent: *ῥοαῖς*. G. Hermannus in praef. ad Iphig. Aul. p. XX. commate post *φυτεῦσαι* posito haec ita constituit:

Ταῖς καλλινάου τ' ἀπὸ Κηφισσοῦ ῥοαῖς,
τᾶν Κύπριν κλῄζουσιν ἀφυσσαμέναν
χώραν καταπνεῦσαι μετρίαις ἀνέμων
ἁδυπνόαισι πνοαῖς.

R. K.

v. 840. *ἡδυπνόους*] Omittunt hanc vocem Paris. A. Rom. A. B. D. Flor. A. 10. 15. Havn. Habet Rom. C. et a recentiore

v. 835 seqq. Venus terram auris molliter spirantibus, sapientiam amoris lusu temperat. — v. 837. *χώραν*. Verbum *καταπνεῦσαι* requirere videtur *χώρας* (cf. Matth. Gr. §. 376.), idque iubente Reiskio reposuit Porsonus. Accusativum defendit Matth. loco Pindari Pyth. V, 12: *εὐδίαν ὃς* (Boeckhius scr. *εὐδιανός*, cf. tamen Explic. p. 284.) *μετὰ χειμέριον ὄμβρον τεὰν καταιθύσσει μάκαιραν ἑστίαν*.

v. 844. *Ἔρωτας* equidem eos intelligam, qui tristem tetricumque morem exhilarent et molliant ac gratiam venustatemque cuivis rei, et maxime poesi (*σοφίᾳ*), concilient. Hinc iidem *παντοίας ἀρετᾶς ξυνεργοί*. Boettigerus, Vir Doctissimus, Prolus. de Medea p. 119. not. puerorum amores intelligendos putabat: quod qui probat, afferre poterit amatores apud Spartanos, qui quidem *διετέλουν σπουδάζοντες, ὅπως ἄριστον ἀπεργάσαιντο τὸν ἐρώμενον*. Plutarch. Lycurg. 18.

v. 846—855. Ordinem verborum pulchre perspexit Elmsleius, quo duce construe: *πῶς οὖν ἢ πόλις ἱερῶν ποταμῶν ἢ φίλων πόμπιμος χώρα σὲ τὰν παιδολέτειραν ἕξει;* Urbem sacrorum fluviorum Athenas intelligit, ad Cephisum et Ilissum sitas, ut Thebae in Phoen. 831: *πύργοι διδύμων ποταμῶν*. Adde Pind. Olymp. II, 10: *ἱερὸν οἴκημα ποταμοῦ*, id est Agrigentum; vide Boeckh. Explicatt. p. 123. — *χώρα πόμπιμος* (alii *πόμπιμον*) videtur esse terra, in quam quis tuto decedere possit. Similiter apud Pind. Nem. III, 24: *πόμπιμον νόστου τέλος*, terminus, quo quidem deduci possint naves, interprete Dissenio.

πόμπιμός σε χώρα
τὰν παιδολέτειραν ἕξει,
τὰν οὐχ ὁσίαν; μετ' ἄλλων
σκέψαι τεκέων πλαγάν,
σκέψαι φόνον οἷον αἴρει.
μή, πρὸς γονάτων σε πάντες
πάντως ἱκετεύομεν,
μὴ τέκνα φονεύσῃς.

(ἀντ. β'.)

πόθεν θράσος ἢ φρενὸς ἢ
χειρὶ τέκνων σέθεν

quidem manu Rom. A. R. K.

v. 848. *πόμπιμός σε χώρα*] Sic Flor. A. Paris. A. B. Cotton. Rom. C. D. Mag. Habuit etiam scholiasta: *Πόμπιμος· ἤγουν τὴν ἐκπεμφθεῖσαν ὑποδεχομένη, οὐκ αὐτὴ πόμπιμος οὖσα.* Vide infra explicationem Pflugkianam. Ceteri libri *πόμπιμόν σε χώρα.* R. K.

v. 853 seq. *πάντες πάντως*] Libri fere optimi, Paris. A. B. D. Rom. A. B. Flor. 10. Havn.: *πάντως πάντες.* Rom. D. E. Flor. A. om. *πάντως.* Mox v. 855. Lasc. Paris. A. E. Flor. A. Rom. A. B. C. Flor. 2. 10. 15. Havn.: *τέκνα μὴ φονεύσῃς.* Equidem et strophicos versus et antistrophicos, ut nunc leguntur, vix habeo sanos. R. K.

v. 850. *τὰν οὐχ ὁσίαν μετ' ἄλλων;*] Sic nunc fere ediderunt. Quae interpunctio si vera est, non poterit *μετ' ἄλλων* aliter intelligi, nisi ut cum verbo *ἕξει* coniungatur: habebit una cum aliis [vid. ed. Musgr. Vol. III. p. 245. ed. Beck.]. Nam quod Pflugkius interpretatus est: *τὰν οὐχ ὁσίαν μετ' ἄλλων*, quam non fas est cum aliis vivere, coll. Orest. 46. et Iphig. Taur. 947., et Elmsleius: *τὰν οὐχ ὁσίαν ὡς οἱ ἄλλοι πολῖται*, utrumque alienum est ab ea oratione, quam posuit Euripides. Quod autem A. Matthiae, verba *μετ' ἄλλων* cum sequentibus coniungens, vertit: cum aliis, non mecum, de caede liberorum delibera, id minime convenit in verba: *σκέψαι φόνον οἷον αἴρει.* Quae quum ita sint, facile adducor, ut veram scholiastae rationem habeam, qui ipse quoque verba *μετ' ἄλλων* ad sequentia assumens hoc dicit: *Τὴν πληγήν, φησί, τὴν τῶν τέκνων καὶ τὸν φόνον μὴ προπετῶς δράσῃς, ἀλλὰ πρότερον μεθ' ἡμῶν ἢ ἄλλων τινῶν σκέψαι, εἰ τοῦτο δρᾶσαί σε χρή.* Cf. Iphig. Aul. v. 1356. ed. Matth.: *δεῦρο δὴ Σκέψαι μεθ' ἡμῶν, μῆτερ, ὡς καλῶς λέγω.* R. K.

v. 856 seqq. *πόθεν θράσος ἢ φρενὸς ἢ χειρὶ τέκνων σέθεν καρδίᾳ τε λήψει*] Sic libri hunc locum scriptum exhibent constanter. Vulgatam scripturam e parte tuetur etiam scholiasta, qui haec habet: *Πόθεν θράσος· τίνι λογισμῷ χρησαμένη, τουτέστι τίς σε ὁ τῶν πάντων πείσας τοσοῦτον θράσος ἐνθεῖναι τῇ σαυτῆς ψυχῇ ἢ τῇ δεξιᾷ ὁπλιζομένῃ κατὰ τῶν φιλτάτων παίδων παρεσκεύασεν;* et deinde: *Καρδίᾳ τε λήψῃ· ἀντὶ*

καρδίᾳ τε λήψει,
δεινὰν προςάγουσα τόλμαν;
πῶς δ' ὄμματα προςβαλοῦσα
τέκνοις ἄδακρυν μοῖραν
σχήσεις φόνου; οὐ δυνάσει,
παίδων ἱκετᾶν πιτνόντων,
τέγξαι χέρα φοινίαν
εὐτλάμονι θυμῷ.

ΙΑΣΩΝ.

ἥκω κελευσθείς· καὶ γὰρ οὖσα δυςμενὴς

v. 860—862. Hermannus praefert: πῶς δ'—ἄδακρυν μοῖραν σχήσεις φόνον; quod, ut ipse ait, idem est ac si dixisset: πῶς ἀνέξει μὴ δακρύουσα; Vide p. 379. ed. Lips. et, quos laudat, Porson. ad Phoen. 300. Seidl. ad Iphig. T. 1061. ad Viger. p. 899.

v. 864 seq. Turbant hic libri, alii, ut Rom. A. B. C. D. Flor. 10. 15. Havn., habent χεῖρα, alii φοίνιον, φόνιον, φοινίαν, plurimi ʽφονίαν, veluti Flor. A. Rom. A. B. D. Flor. 10. 15. Havn. Mox ἐν ante τλάμονι omittunt Flor. A. Paris. A. B. D. Put. Rom. A. B. C. Flor. 2. 10. 15. Havn. Vide ad versum strophicum 855. R. K.

τοῦ κατὰ τὴν σαυτῆς καρδίαν καὶ τὸν λογισμὸν προςλήψῃ, σχήσεις. Ac mihi quidem librorum scriptura explicatione potius quam correctione egere videtur. Primum enim apparet priorem vocis partem: πόθεν θράσος ἢ φρενός, pertinere ad mentis intimae audaciam, quemadmodum et Sophocles dixit in Aiace v. 46: ποίαισι τόλμαις ταῖςδε καὶ φρενῶν θράσει; et ante Sophoclem Homerus: ἐνὶ φρεσὶ θάρσος ἔθηκε. Si tum pergit poeta: ἢ χειρὶ τέκνων σέθεν καρδίᾳ τε λήψει, facile doceri potest pertinere hoc ad externam vel dicam corporis fortitudinem. Id enim verbis χειρὶ — καρδίᾳ τε satis significatur, quia, uti θράσος φρενός ad mentis consilium, sic eae voces ad vim atque audaciam in perpetrando facinore pertinent. Et de χειρὶ non est quod dicam, καρδία autem simili modo infra v. 1242. dicitur: ἀλλ' εἶ' ὁπλίζου, καρδία. Nec aliter dicitur v. 1042: καρδία γὰρ οἴχεται, nisi de fortitudine externa. Habemus igitur talem distinctionem, qualis est apud Homerum in Odyss. lib. VI. v. 139 seq.: Τῇ γὰρ Ἀθήνη Θάρσος ἐνὶ φρεσὶ θῆκε, καὶ ἐκ δέος εἵλετο γυίων. Si quaerat quispiam, cur hanc distinctionem non adiuverit poeta eo, ut, quum φρενός dixisset, etiam χειρὸς κτἑ. diceret, ei facile responderi potest. Nam poeta ubi venit ad alterum membrum, alius genitivi, quem erat adiuncturus, ei in mentem venit, et quod potuit ad θράσος referri, uti praecedens φρενός, id ad verbum λήψει adiunxit itaque pro: πόθεν θράσος — χειρὸς — καρδίας τε λήψει, recte atque ordine dixit: πόθεν θράσος — χειρὶ — καρδίᾳ τε λήψει. De genitivo autem τέκνων σέθεν hoc dico, qui non singula exempla e

οὐκ ἄν γ' ἁμάρτοις τοῦδέ γ', ἀλλ' ἀκούσομαι,
τί χρῆμα βούλει καινὸν ἐξ ἐμοῦ, γύναι.

ΜΗΔΕΙΑ.

Ἰᾶσον, αἰτοῦμαί σε τῶν εἰρημένων
συγγνώμον' εἶναι· τὰς δ' ἐμὰς ὀργὰς φέρειν
εἰκός σ', ἐπεὶ νῷν πόλλ' ὑπείργασται φίλα.
ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην
κἀλοιδόρησα· σχετλία, τί μαίνομαι
καὶ δυσμεναίνω τοῖσι βουλεύουσιν εὖ,
ἐχθρὰ δὲ γαίας κοιράνοις καθίσταμαι

v. 865. *εὐτλάμονι θυμῷ* correxit Hermannus. Vulgo *ἐν τλάμονι θ.* usu praepositionis satis, ut opinor, insolenti. Eadem corruptela plerosque libros occupaverat in Aesch. Pers. 28., ubi nunc recte legitur *εὐτλάμονι.*

v. 871. *εἰκός σ'*] Sic Paris. A. Rom. A.B.D. Flor. 15. Havn. a sec. m., qui a pr. m. *σ'* omittit. Olim legebatur: *εἰκός γ'.* R. K.

v. 874. *τοῖσι βουλεύουσιν εὖ*] Sic praeter Etym. magn. p. 292, 13. Lasc. Paris. A. Rom. A.B.D. Flor. 2. 15. Vict. Havn. Olim legebatur *τοῖσι βουλεύσασιν εὖ* cum paucis libris. R. K.

grammaticis, sed vim ac potestatem casuum didicerit, haesitaturum non esse. Nam uti totus comparatus locus est, est fere idem, quod *κατὰ τέκνων σέθεν.* R. K.

v. 861 seq. *μοῖραν — φόνου*] Non est idem, quod *φόνον*, uti interpretatus est A. Matthiae, sed est destinata caedes, quemadmodum infra v. 987 seq. dicitur: *καὶ μοῖραν θανάτου προςλήψεται δύστανος.* R. K.

v. 867. *οὐκ ἄν γ' ἁμάρτοις τοῦδέ γ'*] *Γὲ* repetitum defendunt Lobeck. ad Aiac. p. 303. Werfer. in Act. Philol. Monac. T. I. p. 98. Hermann. ad Sophocl. Ai. 1318. Schneider. ad Xenoph. Cyrop. II, 3, 24. Adde Matth. ad Phoen. 554. [Scil. *γ'*, quod libri omittunt, est ex antiqua correctione. R. K.]

v. 870. *συγγνώμον' εἶναι*] Xenoph. Cyrop. VI, 1, 37: *πρᾶός τε καὶ συγγνώμων τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτημάτων.* [*τὰς δ' ἐμὰς ὀργὰς φέρειν.* Aeschyl. Eumen. 833: *ὀργὰς ξυνοίσω σοι.*]

v. 872. *διὰ λόγων ἀφικόμην*] *Διὰ λόγων ἀφικέσθαι τινὶ* vel *ἰέναι τινὶ* proprie est sermonem cum aliquo suscipere, veluti in Herodoti, quae fertur, Vita Homeri cap. 24: *Διὰ λόγων δὲ ἰὼν Ὁμήρῳ ὁ Χῖος εὑρίσκει ἐόντα δεξιὸν καὶ πολλῶν ἔμπειρον κτἑ.*, tum in Troasin Euripidis v. 916: *ἐγὼ δ' ἅ σ' οἶδα διὰ λόγων ἰόντ' ἐμοῦ κατηγορήσειν, ἀντιθεῖσ' ἀμείψομαι Τοῖς σοῖσι τἀμὰ καὶ τὰ σ' αἰτιάματα.* Sed quoniam, si nobiscum ipsi sermones habemus, id denique nihil aliud est nisi cum animo argumenta alicuius rei ab utraque parte examinare, fere hoc dicitur de ratione, quam inimus, uti hoc loco et infra v. 1081: *Πολλάκις ἤδη διὰ λεπτοτέρων μύθων ἔμολον.* R. K.

πόσει θ', ὃς ἡμῖν δρᾷ τὰ συμφορώτατα
γήμας τύραννον καὶ κασιγνήτους τέκνοις
ἐμοῖς φυτεύων; οὐκ ἀπαλλαχθήσομαι
θυμοῦ; τί πάσχω, θεῶν ποριζόντων καλῶς;
οὐκ εἰσὶ μέν μοι παῖδες, οἶδα δὲ χθόνα
φεύγοντας ἡμᾶς καὶ σπανίζοντας φίλων;
ταῦτ' ἐννοήσασ' ᾐσθόμην ἀβουλίαν
πολλὴν ἔχουσα καὶ μάτην θυμουμένη.
νῦν οὖν ἐπαινῶ, σωφρονεῖν τέ μοι δοκεῖς
κῆδος τόδ' ἡμῖν προςλαβών, ἐγὼ δ' ἄφρων,
ᾗ χρῆν μετεῖναι τῶνδε τῶν βουλευμάτων
καὶ ξυμπεραίνειν καὶ παρεστάναι λέχει
νύμφην τε κηδεύουσαν ἥδεσθαι σέθεν.
ἀλλ' ἐσμὲν οἷόν ἐσμεν, οὐκ ἐρῶ κακόν,
γυναῖκες· οὔκουν χρῆν σ' ὁμοιοῦσθαι κακοῖς,
οὐδ' ἀντιτείνειν νήπι' ἀντὶ νηπίων.
παριέμεσθα καί φαμεν κακῶς φρονεῖν
τότ', ἀλλ' ἄμεινον νῦν βεβούλευμαι τόδε.

v. 882. *ἐννοήσασ'*] Sic scribendum erat ex plurimis atque optimis libris, Flor. A. Paris. A. Put. Cotton. Rom. A. B. Havn., quo ducunt etiam Flor. 15: *ἐννοήσατ'* et Flor. 10. *ἐκναήσατ'*. Formam *ἐννοηθείς* non memini me legisse apud tragicum poetam, saepe in prosa oratione, veluti in Xenoph. Discipl. Cyri lib. IV. cap. 2. §. 3. *Ἐννοήσασα* dixit Sophocles in Trachin. 575. Activam formam habet Euripides etiam in Electra v. 639. Vulgo *ἐννοηθεῖσ'* legitur, quod habent pauci libri et Pseudogregorius v. 905. R. K.

v. 890. *χρῆν σ'*] Sic libri et edd. omnes. Rom. A. *ἐχρῆν σ'*. Rom. C. *χρῇ σ'*. Flor. 2. *χρή σ'*. Id Dindorfius, Pflugkius, alii nuper receperunt. Dicit hoc Euripides: Non igitur opor-

v. 877. *γήμας τύραννον κτἑ.*] Callide Medea iisdem utitur argumentis nunc, quibus antea ipse Iason usus erat v. 595 seq.: *σῶσαι θέλων Σὲ καὶ τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς ὁμοσπόρους Φῦσαι τυράννους παῖδας, ἔρυμα δώμασιν.* Cf. etiam v. 562 seqq.: *παῖδας δὲ θρέψαιμ' ἀξίως δόμων ἐμῶν, Σπείρας τ' ἀδελφοὺς τοῖσιν ἐκ σέθεν τέκνοις Εἰς ταὐτὸ θείην καὶ συναρτήσας γένος Εὐδαιμονοίην.* R. K.

v. 880 seq. *οἶδα δὲ χθόνα φεύγοντας ἡμᾶς καὶ σπανίζοντας φίλων;*] Haec respondent v. 559 seqq.: *Ἀλλ' ὡς, τὸ μὲν μέγιστον, οἰκοῖμεν καλῶς Καὶ μὴ σπανιζοίμεσθα, γιγνώσκων ὅτι Πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος.* et iis, quae antea v. 554 dicit Iason: *ἢ παῖδα γῆμαι βασιλέως φυγὰς γεγώς.* Hinc apparet etiam hoc loco *χθόνα* intelligi Iolcum patriam. Recte igitur iam scholiasta: *Εἶθ' ὅτι καὶ φυγάδες ἐσμὲν ἐκβεβλημένοι τῆς Θεσσαλίας κτἑ.* R. K.

v. 886. *ᾗ χρῆν μετεῖναι*] Ad verbum *ξυμπεραίνειν* subaudi *ἦν*

ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦτε, λείπετε στέγας,
ἐξέλθετ', ἀσπάσασθε καὶ προςείπατε
πατέρα μεθ' ἡμῶν, καὶ διαλλάχθηθ' ἅμα
τῆς πρόσθεν ἔχθρας εἰς φίλους μητρὸς μέτα·
σπονδαὶ γὰρ ἡμῖν, καὶ μεθέστηκεν χόλος.
λάβεσθε χειρὸς δεξιᾶς. οἴμοι κακῶν·
ὡς ἐννοοῦμαι δή τι τῶν κεκρυμμένων.
ἆρ', ὦ τέκν', οὕτω καὶ πολὺν ζῶντες χρόνον
φίλην ὀρέξετ' ὠλένην; τάλαιν' ἐγώ,
ὡς ἀρτίδακρύς εἰμι καὶ φόβου πλέα.
χρόνῳ δὲ νεῖκος πατρὸς ἐξαιρουμένη
ὄψιν τέρειναν τήνδ' ἔπλησα δακρύων.

ΧΟΡΟΣ.

κἀμοὶ κατ' ὄσσων χλωρὸν ὡρμήθη δάκρυ·
καὶ μὴ προβαίη μεῖζον ἢ τὸ νῦν κακόν.

ΙΑΣΩΝ.

αἰνῶ, γύναι, τάδ', οὐδ' ἐκεῖνα μέμφομαι·
εἰκὸς γὰρ ὀργὰς θῆλυ ποιεῖσθαι γένος,

tebat nec tu fecisti, ut etc. R. K.

v. 893. βεβούλευμαι τόδε] τόδε scripsi e Lasc. Rom. A. B. D. Flor. 10. 15. Havn. Vulgo: τάδε. R. K.

v. 894. δεῦτε] Non satis circumspecte fecit Elmsleius, quod pro δεῦτε sine libris edidit δεῦρο. Nam etiam Pseudogregorium apud tragicos δεῦτε invenisse docent vv. 466. 687. R. K.

v. 905. ὄψιν τέρειναν] Sic scripsit Elmsleius, afferens Hippon. ap. Hephaest. p. 30: εἴ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα. Aeschyl. Suppl. 1005. Eurip. Cyclop. v. 512. De forma, quae vulgo legitur, τερείνην aut, quae in libris Rom. A. B. C. Lasc. est, τερεινήν, aliunde non constat. R. K.

ἐχρῆν, quo refertur etiam accusativus κηδεύουσαν. V. Matth. §. 428. p. 792. Heind. ad Plat. Hipp. mai. §. 22. Ceterum voc. νύμφην non ab ἥδεσθαι, sed a participio κηδεύουσαν pendet: quod moneo propter Matth. in Gr. Gr. §. 555. p. 1089. ed. nov.

v. 896. διαλλάχθηθ' ἅμα τῆς πρόσθεν ἔχθρας] Andocides de reditu §. 26: ἐξὸν αὐτῷ διαλλαχθέντι τῆς ἔχθρας καὶ γενομένῳ κηδεστῇ ἄρξαι μετ' ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν τῆς πόλεως.

v. 901. καὶ πολὺν — χρόνον] Particula καί dicitur cum ellipsi quadam; nam sensus est: „manus non porrigetis nunc solum, sed etiam diu viventes porrigetis?"

v. 903. ὡς ἀρτίδακρύς εἰμι] Ἀρτίδακρυς· εὐχερὴς πρὸς δάκρυον. HESYCHIUS.

v. 904. χρόνῳ] tandem, post longum temporis intervallum. — νεῖκος πατρός, litem cum patre.

v. 906. χλωρὸν — δάκρυ] Quod recurrit mox v. 922. et Helen. 1189., recte, puto, cum Home-

γάμους παρεμπολῶντος ἀλλοίους, πόσει.
ἀλλ' εἰς τὸ λῷον σὸν μεθέστηκεν κέαρ,
ἔγνως δὲ τὴν νικῶσαν ἀλλὰ τῷ χρόνῳ
βουλήν· γυναικὸς ἔργα ταῦτα σώφρονος.
ὑμῖν δέ, παῖδες, οὐκ ἀφροντίστως πατὴρ
πολλὴν ἔθηκε σὺν θεοῖς προμηθίαν·
οἶμαι γὰρ ὑμᾶς τῆσδε γῆς Κορινθίας
τὰ πρῶτ' ἔσεσθαι σὺν κασιγνήτοις ἔτι.
ἀλλ' αὐξάνεσθε· τἄλλα δ' ἐξεργάζεται
πατήρ τε καὶ θεῶν ὅστις ἐστὶν εὐμενής·
ἴδοιμι δ' ὑμᾶς εὐτραφεῖς ἥβης τέλος
μολόντας, ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν ὑπερτέρους.
αὕτη, τί χλωροῖς δακρύοις τέγγεις κόρας,
στρέψασα λευκὴν ἔμπαλιν παρηΐδα,
κοὐκ ἀσμένη τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχει λόγον;

ΜΗΔΕΙΑ.

οὐδέν· τέκνων τῶνδ' ἐννοουμένη πέρι.

v. 910. Ald. παρεμπολῶντί γ', quod recepit Pors. et Matth. Libri: παρεμπολῶντος.

v. 922. αὕτη] Sic e Reiskii coniectura pro αὐτὴ ediderunt Branck. Porson. Elmsl. Hec. 1103: οὗτος, τί πάσχεις; A. MATTHIAE.

v. 926. εὖ γὰρ τῶνδ' ἐγὼ θήσω πέρι] Hanc vulgatam scripturam tuentur Rom. A.B. Flor. 2. Pseudogregorius v. 760., a quorum parte stant etiam Rom. C. εὖ γὰρ νῦν τῶνδ' ἐγὼ θήσω πέρι. Rom. D. εὖ γὰρ ἐγὼ τῶνδε θήσω πέρι. Havn. εὖ γὰρ τῶνδε νῦν θήσω πέρι, qui a sec. m. in margine ipsam vulgatam scripturam habet. Lasc. Flor. 15. εὖ γὰρ τῶνδε θήσομαι πέρι, quod nuno

rico θαλερὸν δάκρυ comparavit Hermannus.

v. 910. παρεμπολῶντος] Fit nonnunquam, ut genitivis quos dicunt absolutis utantur Graeci scriptores, ubi casui nominis accommodari participium potuit, [quod ubi fit, magis conditionis causa, quae continetur in genitivis absolutis, effertur. R. K.] Demosth. de coron. §. 137. Bekk.: Οὐκοῦν ὅτε, τούτου μέλλοντος λέγειν, ἀπήλασεν αὐτὸν ἡ βουλὴ καὶ προςέταξεν ἑτέρῳ, τότε καὶ προδότην εἶναι καὶ κακόνουν ὑμῖν ἀπέφηνεν. Cf. Rost. §. 131. annot. 2.

v. 911. εἰς τὸ λῷον] Virgil. Aen. I, 281: Consilia in melius referet.

v. 912. ἀλλὰ τῷ χρόνῳ] saltem aliquando, cum ellipsi verborum εἰ καὶ μὴ πρότερον. Sophocles Philoct. 1041: τίσασθε, τίσασθ' ἀλλὰ τῷ χρόνῳ ποτὲ ξύμπαντας αὐτούς. Plene Eurip. Helen. 989. Isocrat. Archid. §. 62. Cf. Herm. ad Vig. n. 273. p. 811. ed. tert. Elmsl. ad Heracl. 363. Heind. ad Plat. Soph. §. 44. Baehr. in Creuzeri Melet. III. p. 26.

v. 914. ὑμῖν δέ] Permirum est a multis criticis hanc omnium librorum scripturam propterea repudiatam esse, quod quum

ΙΑΣΩΝ.

θάρσει νυν· εὖ γὰρ τῶνδ' ἐγὼ θήσω πέρι.

ΜΗΔΕΙΑ.

δράσω τάδ'· οὔτοι σοῖς ἀπιστήσω λόγοις·
γυνὴ δὲ θῆλυ κἀπὶ δακρύοις ἔφυ.

ΙΑΣΩΝ.

τί δή, τάλαινα, τοῖσδ' ἐπιστένεις τέκνοις;

ΜΗΔΕΙΑ.

ἔτικτον αὐτούς· ζῆν δ' ὅτ' ἐξηύχου τέκνα,
εἰςῆλθέ μ' οἶκτος, εἰ γενήσεται τάδε.
ἀλλ' ὧνπερ οὕνεκ' εἰς ἐμοὺς ἥκεις λόγους,
τὰ μὲν λέλεκται, τῶν δ' ἐγὼ μνησθήσομαι.
ἐπεὶ τυράννοις γῆς μ' ἀποστεῖλαι δοκεῖ,
κἀμοὶ τάδ' ἐστὶ λῷστα, γιγνώσκω καλῶς,
μήτ' ἐμποδὼν σοὶ μήτε κοιράνοις χθονὸς
ναίειν, δοκῶ γὰρ δυςμενὴς εἶναι δόμοις,
ἡμεῖς μὲν ἐκ γῆς τῆσδ' ἀπαίρομεν φυγῇ,

fere receptum est. Tuentur hoc etiam Paris. B. D. Flor. A. 10. εὖ γὰρ τῶνδε νῦν θήσομαι πέρι. Recte intellexit A. Matthiae pronomen vix deesse posse. R. K.

v. 929. τί δή, τάλαινα] Sic Par. A. B. D. Rom. A. B. D. Flor. 10. 15. Havn. aliique libri. Vulgo legebatur: τί δῆτα λίαν, quod habet Rom. C. R. K.

v. 930. ἐξηύχου] Antiqua haec est correctio, quae habetur iam in libro Flor. 2., quamquam in antiquissimo codice ἐξηύχουν fuisse videtur, quod habent Rom. A. B. C. Flor. 10. 15. Havn. Schol. Respicitur ad v. 920 seq. R. K.

praestantissimi libri, Paris. A. B. Rom. A. B. D. Havn., tum Flor. A. 10. 15. Cotton. proximo, qui sequitur, versu haberent προμηθίαν pro olim vulgato σωτηρίαν, hoc fuerit recipiendum: cum hoc autem verbo dativum non congruere. Nam recte iam A. Matthiae intellexit dativum commode stare posse, quod sententiam potius quam singulorum verborum constructionem spectasset poeta. Non recte igitur illi fecerunt, qui nuper etiam Brunckio auctore et Porsono Valckenarii (ad Phoen. 1475.) coniecturam ὑμῶν receperunt. R. K.

v. 917. τὰ πρῶτα, principes, illustravit A. Matthiae Gr. Gr. §. 438.

v. 918. ἐξεργάζεται] Praesens pro futuro, sed illud maiore cum vi ponitur, quasi dicas: et facit et facturus est.

v. 920. ἥβης τέλος] ad pubertatis maturitatem. Sic γήρως τέλος Alc. 415.

v. 928. Geminum locum ex Eurip. Danae, fr. V, 1., attulit Elmsleius: ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοιούτοις ἔφυ. Cf. Matth. §. 437.

v. 931. εἰςῆλθέ μ' οἶκτος] Scil. ἐννοουμένην, εἰ γενήσεται τάδε.

παῖδες δ᾽ ὅπως ἂν ἐκτραφῶσι σῇ χερί,
αἰτοῦ Κρέοντα τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.

ΙΑΣΩΝ.

οὐκ οἶδ᾽ ἂν εἰ πείσαιμι, πειρᾶσθαι δὲ χρή.

ΜΗΔΕΙΑ.

σὺ δ᾽ ἀλλὰ σὴν κέλευσον αἰτεῖσθαι πατρὸς
γυναῖκα παῖδας τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.

ΙΑΣΩΝ.

μάλιστα, καὶ πείσειν γε δοξάζω σφ᾽ ἐγώ,
εἴπερ γυναικῶν ἐστι τῶν ἄλλων μία.

ΜΗΔΕΙΑ.

ξυλλήψομαι δὲ τοῦδέ σοι κἀγὼ πόνου·
πέμψω γὰρ αὐτῇ δῶρ᾽, ἃ καλλιστεύεται
τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν, οἶδ᾽ ἐγώ, πολύ,
λεπτόν τε πέπλον καὶ πλόκον χρυσήλατον
παῖδας φέροντας. ἀλλ᾽ ὅσον τάχος χρεὼν
κόσμον κομίζειν δεῦρο προσπόλων τινά.
εὐδαιμονήσει δ᾽ οὐχ ἕν, ἀλλὰ μυρία,
ἀνδρός τ᾽ ἀρίστου σοῦ τυχοῦσ᾽ ὁμευνέτου,

v. 949. πλόκον] Non credo Euripidem scripsisse στέφος, quod habent pauci libri. Nam in eiusmodi locis repetitiones eorundem verborum poni fere est consentaneum. Praeterea vide quae ad v. 786. diximus. R. K.

v. 953. ἀνδρός τ᾽ ἀρίστου] Hoc recte recepit Pflugkius e Paris. A. Rom. A. B. auctoribus Brunck. Porson. Elmsleio. Olim legebatur ἀνδρός γ᾽ ἀρίστου. Omittunt istam litteram Flor. 10. 15. Havn. Hinc panchrestum illud γ᾽ repositum est. Quod nunc legitur, orationis concinnitate maxime commendatur. R. K.

v. 941. Construe: οὐκ οἶδα, εἰ πείσαιμ᾽ ἄν, ut in Alc. 48: λαβὼν ἴθ᾽· οὐ γὰρ οἶδ᾽ ἂν πείσαιμί σε. et quos praeterea laudavit Matth. §. 599, 3. Rost. §. 120. c. α. et §. 121. annot. 7. ed. VI.

v. 942. σὺ δ᾽ ἀλλὰ] at tu saltem. Cf. Soph. Electr. 337. 415. Elmsl. ad Heracl. 565. Iacobs. ad Philostr. Imag. p. 393. [Δέ in eiusmodi locis ad superiorem orationem, ἀλλά vero ad ea, quae proxime sequuntur, respicit. Itaque hoc dicitur: Tu vero uxorem saltem tuam precari iubeto. Vide quae annotavimus ad Devarium Vol. II. p. 381. R. K.]

v. 943. τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα] Nullam potest habere offensionem, quod eadem verba, quae v. 940. leguntur, hic repetuntur. Haec enim talia sunt, ut necessario saepius ponenda sint. R. K.

v. 945. εἴπερ γυναικῶν κτὲ.] Scholiasta, qui haec annotat: Ἀντὶ τοῦ φιλάνδρων, οἷον εἴπερ φίλανδρός ἐστι, πάντα σοι πεισθήσεται, videtur haec verba Medeae tribuisse. Sed recte dicit hoc Iason: et persuadebit, credo, siquidem ce-

κεκτημένη τε κόσμον, ὅν ποθ' Ἥλιος
πατρὸς πατὴρ δίδωσιν ἐκγόνοισιν οἷς.
λάζυσθε φερνὰς τάσδε, παῖδες, εἰς χέρας
καὶ τῇ τυράννῳ μακαρίᾳ νύμφῃ δότε
φέροντες· οὔτοι δῶρα μεμπτὰ δέξεται.

ΙΑΣΩΝ.

τί δ', ὦ ματαία, τῶνδε σὰς κενοῖς χέρας;
δοκεῖς σπανίζειν δῶμα βασίλειον πέπλων;
δοκεῖς δὲ χρυσοῦ; σῶζε, μὴ δίδου, τάδε.
εἴπερ γὰρ ἡμᾶς ἀξιοῖ λόγου τινὸς
γυνή, προθήσει χρημάτων, σάφ' οἶδ' ἐγώ.

ΜΗΔΕΙΑ.

μή μοι σύ· πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος·
χρυσὸς δὲ κρείσσων μυρίων λόγων βροτοῖς.
κείνης ὁ δαίμων, κεῖνα νῦν αὔξει θεός,
νέα τυραννεῖ· τῶν δ' ἐμῶν παίδων φυγὰς
ψυχῆς ἂν ἀλλαξαίμεθ', οὐ χρυσοῦ μόνον.
ἀλλ', ὦ τέκν', εἰςελθόντε πλουσίους δόμους

v. 955. πατρὸς πατὴρ] Sic Lasc. Rom. A. B. D. Flor. A. 10, 15. Havn. Olim legebatur: πατὴρ πατρός, quod habent Rom. C. Flor. 2. R. K.

v. 963. σάφ' οἶδ' ἐγώ] Sic optimi ac plurimi libri. Lasc. Flor. 2. Vict. Mag. σάφ' οἶδ', ὅτι, eademque scripturae discrepantia est infra v. 1066. R. K.

v. 969. πλουσίους δόμους] Sic optimi et plurimi libri. Perpauci libri habent πλησίους, quod multo deterius est. R. K.

terarum mulierum una est. Habent enim mulieres hanc vim in viros, ut iis facile persuadeant. Hinc iam apparebit, quo iure A. Witzschelius, non intellecta poetae mente, intempestive aliquid hoc loco fecisse Euripidem censuerit. Constructionem verborum ipsam τῶν ἄλλων μία recte iam expedivit Heindorfius ad Platonis Sophist. §. 98. (p. 260. B. ed. H. Steph.): τὸ μὲν δὴ μὴ ὂν ἡμῖν ἕν τι τῶν ἄλλων γένος ἀνεφάνη. R. K.

v. 947. καλλιστεύεται] Hipp. 1009: πότερα τὸ τῆςδε σῶμ' ἐκαλλιστεύετο Πασῶν γυναικῶν;

v. 964. μή μοι σύ] Scil. τοιαῦτα λέξῃς vel ἐμποδὼν γένῃ. Utuntur hac formula impense precantes. Similiter μὴ σύ γε dicitur, de quo vide ad Hecub. 408. Ceterum interpp. opportune conferunt versum incerti poetae apud Platonem de Republ. p. 390. E: Δῶρα θεοὺς πείθει, δῶρ' αἰδοίους βασιλῆας. et Ovid. A. A. III, 653: Munera, crede mihi, capiunt hominesque deosque: Placatur donis Iuppiter ipse datis. Contra vulgi opinionem pugnat Pla-

πατρὸς νέαν γυναῖκα δεσπότιν τ' ἐμὴν
ἱκετεύετ', ἐξαιτεῖσθε μὴ φεύγειν χθόνα
κόσμον διδόντες· τοῦδε γὰρ μάλιστα δεῖ,
εἰς χεῖρ' ἐκείνην δῶρα δέξασθαι τάδε.
ἴθ' ὡς τάχιστα· μητρὶ δ' ὧν ἐρᾷ τυχεῖν
εὐάγγελοι γένοισθε πράξαντες καλῶς.

ΧΟΡΟΣ.

(στρ. α'.)

νῦν ἐλπίδες οὐκέτι μοι παίδων ζόας,
οὐκέτι· στείχουσι γὰρ ἐς φόνον ἤδη.
δέξεται νύμφα χρυσέων ἀναδεσμῶν
δέξεται δύστανος ἄταν·
ξανθᾷ δ' ἀμφὶ κόμᾳ

v. 970. Elmsleius corr. *δεσπότιν δ' ἐμήν*. Assentitur Matth. §. 616, 3. p. 1246. ed. nov. Ex Hermanni coniectura Dindorfius *δεσπότιν γ' ἐμήν*. Vulgatam defendit Reisigius Coniect. I. p. 190.

v. 976 seqq. Complectar hoc loco, in quibus ab A. Matthiae editione discessi. v. 976. scripsi *ζόας*; cf. Porson. ad Hecub. 1098. — v. 981. *αὐτά γ' ἐν χεροῖν*, ut ediderat Porsonus. Codd. *αὐτὰ χεροῖν*. Ald. *αὐτὰ ταῖν χεροῖν*. — v. 983 seq. ex Elmsleii coniectura restituti sunt. Vulgo *πέπλων χρυσεότευκτον στέφανον*. [Scribi fortasse etiam potest: *Πείσει χάρις ἀμβρόσιός τ' αὐγὰ πέπλων χρυσοτεύκτου τε στεφάνου περιθέσθαι*, constructione simili illius, quam explicavit Pflugkius infra ad v. 1399. R. K.] — v. 989. Porsoni emendationem recepi. Vulgo: *οὐχ ὑπεκφεύξεται*. —

to Alcib. II. p. 149. E: *οὐ γάρ, οἶμαι, τοιοῦτόν ἐστι τὸ τῶν θεῶν, ὥστε ὑπὸ δώρων παράγεσθαι*. [cl. Legg. IV. p. 601. Cic. Legg. II, 16. R. K.]

v. 970. *πατρὸς νέαν γυναῖκα δεσπότιν τ' ἐμήν*] Miro modo argutati sunt interpretes, ut hanc verborum coniunctionem, quae habetur et hic et alibi in libris omnibus, ineptam esse demonstrarent. Nam etsi negari non potest saepe in eiusmodi locis pro coniunctiva particula positam esse adversativam, tamen suo loco etiam altera eiusdem personae notio per coniunctivam particulam adiungi potuit, quod dicitur alio quodam modo. Est enim hoc: ei, quae est patris nova uxor dominaque mea, supplicate. Neque aliter dicitur in Androm. 24 seq.: *Κἀγὼ δόμοις τοῖσδ' ἄρσεν' ἐντίκτω κόρον, Πλαθεῖσ' Ἀχιλλέως παιδὶ δεσπότῃ τ' ἐμῷ.* aut in Iphig. Aul. 1140: *Καὶ τὼ Διός γε παῖδ' ἐμώ τε συγγόνω ἵπποισι μαρμαίροντ' ἐπεστρατευσάτην.* aut in Aeschyli Agamemn. v. 1565 seqq. ed. Well.: *Ἀτρεὺς γὰρ ἄρχων τῆσδε γῆς, τούτου πατήρ, Πατέρα Θυέστην τὸν ἐμόν, ὡς τορῶς φράσαι, Αὐτοῦ τ' ἀδελφόν, ἀμφίλεκτος ὢν κράτει, Ἠνδρηλάτησεν ἐκ πόλεώς τε καὶ δόμων.* aliisque locis multis. R. K.

v. 981. *τὸν Ἅιδα κόσμον*] funestum ornatum. Nam quidquid invisum perniciosumque est, inferis tribuitur. Virgil. Aen.

θήσει τὸν Ἅιδα κόσμον αὐτά γ'
ἐν χεροῖν λαβοῦσα.

(ἀντ. α'.)

πείσει χάρις ἀμβρόσιός τ' αὐγὰ πέπλον
χρυσότευκτόν τε στέφανον περιθέσθαι·
νερτέροις δ' ἤδη πάρα νυμφοκομήσει.
τοῖον εἰς ἕρκος πεσεῖται,
καὶ μοῖραν θανάτου
προςλήψεται δύστανος· ἄταν δ'
οὐχ ὑπεκδραμεῖται.

(στρ. β'.)

σὺ δ', ὦ τάλαν, ὦ κακόνυμφε κηδεμὼν τυράννων,
παισίν, οὐ κατειδὼς

v. 976. Metrum ex dactylicis versibus est, quibus iuncti sunt trochaei, in altero stropharum pari versus etiam anapaesticus (993. 999.).

στρ. α'.

– –́ ⏕ – ⏕ – – –́ ⏑ –
–́ ⏑ – – –́ ⏕ – ⏕ – –
–́ ⏑ – – –́ ⏕ – ⏕ – –
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – –
–́ – – ⏕ –
– –́ ⏑ – – –́ ⏑ – –
–́ ⏑ – ⏑ – ⏑

στρ. β'.

⏑ –́ ⏕ – ⏕ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – –
–́ ⏑ – ⏑ – –
⏕ –́ ⏕ – ⏕ –́ ⏕ –
⏑ –́ ⏕ – ⏕ –
– –́ ⏑ – –́ ⏑ – ⏑ – –

III, 214: Tristius haud illis (Harpyiis) monstrum nec saevior ulla Pestis et ira deum Stygiis sese extulit undis.

v. 986. ἕρκος] rete. Aesch. Agam. 1601: Ἰδόντα τοῦτον τῆς Δίκης ἐν ἕρκεσιν. Pindar. Nem. III, 49: κτείνοντ' ἐλάφους ἄνευ κυνῶν δολίων θ' ἑρκέων. Conf. Plat. Sophist. §. 11. p. 220. C.

v. 991 seq. παισίν, οὐ κατειδὼς ὀλέθριον βιοτάν, προςάγεις] Reliqui hanc omnium fere librorum scripturam, quam G. Hermannus ita interpretatur: Liberis tuis, ignarus letalis eorum vitae (i. e. morti a Medea destinatae), paras uxorique diram necem. Elmsleius e paucorum codicum ac scholiorum vestigiis sibi visus est

ὀλέθριον βιοτάν, προςάγεις ἀλόχῳ
τε σᾷ στυγερὸν θάνατον.
δύστανε, μοίρας ὅσον παροίχει.
(ἀντ. β΄.)
τὸν σὸν δ' ἀλάστορ' εἰς ἔμ' ἔσκηψαν θεοί·

v. 1328. *τλᾶσα*] Sic Rom. A. B. Havn. et quidquid meliorum librorum est. *δρῶσα* Lasc. Flor. 2. Vict. Rom. C. Cott. Mag. R. K.

v. 1330. *ἐκ δόμων*] Sic plurimi et optimi libri. *ἐκ δόμου* Lasc. Rom. C. Flor. 2. Vict. R. K.

v. 1351. *μακρὰν ἂν*] Sic Flor. A. Paris. B. D. Rom. A. Flor.

ulciscendae Medeae consilium, inchoatam orationis formam reliquisse; particulas autem *μέν* et *δέ* interposuit, ut lectorem admoneret ad prius membrum cogitatione repetendum esse verbum *ἴδω*, cui deinceps opponitur *τίσωμαι*. Vernacule dixeris: dafs ich sehe das doppelte Unheil, die Kinder (sehe) todt, doch jene strafe.

v. 1317. Fit *ἐκκύκλημα*, ut, aperta domo, conspiciatur cum corporibus liberorum Medea. Pollux Onom. IV, 128: *καὶ τὸ μὲν ἐκκύκλημα ἐπὶ ξύλων ὑψηλὸν βάθρον, ᾧ ἐπίκειται θρόνος. δείκνυσι δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τὴν σκηνὴν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀπόῤῥητα πραχθέντα.*

v. 1320. *οὐ ψαύσεις ποτέ*] Sc. *ἐμοῦ*. Spectant haec verba ad ea, quae modo dixerat Iason v. 1316: *τὴν δὲ τίσωμαι φόνῳ*. [Recte scholiasta: *χειρὶ δ' οὐ ψ. ἀντὶ τοῦ οὐ δυνήσῃ κατασχεῖν ἡμᾶς οὐδὲ καταλαβεῖν· ἔχομεν γὰρ ὄχημα πρὸς ἀποφυγὴν τῶν πολεμίων· ἐπὶ ὕψους γὰρ περιφαίνεται ἡ Μήδεια, ὀχουμένη δρακοντίνοις ἅρμασι καὶ βαστάζουσα τοὺς παῖδας.* R. K.]

v. 1322. *ἔρυμα πολεμίας χερός*] Eodem genitivi usu dixit Theocr. XXV, 279: *ἔρκος ἐνυαλίου ταμεσίχροος ἰωχμοῖο*. Soph. Ai. 1212: *δείματος προβολὰ καὶ βελέων*. Cf. Valcken. ad Adon. p. 344. B. Matth. Gr. p. 454.

v. 1323. *μέγιστον ἐχθίστη*] Pleonasmos in modis comparativis saepius in utraque lingua observamus. Soph. Philoct. 631:

κτανοῦσα γὰρ δὴ σὸν κάσιν παρέστιον,
τὸ καλλίπρωρον εἰςέβης Ἀργοῦς σκάφος.
ἤρξω μὲν ἐκ τοιῶνδε, νυμφευθεῖσα δὲ
παρ' ἀνδρὶ τῷδε καὶ τεκοῦσά μοι τέκνα,
εὐνῆς ἕκατι καὶ λέχους σφ' ἀπώλεσας.
οὐκ ἔστιν ἥτις τοῦτ' ἂν Ἑλληνὶς γυνὴ
ἔτλη ποθ', ὧν γε πρόσθεν ἠξίουν ἐγὼ
γῆμαί σε, κῆδος ἐχθρὸν ὀλέθριόν τ' ἐμοί,
λέαιναν, οὐ γυναῖκα, τῆς Τυρσηνίδος
Σκύλλης ἔχουσαν ἀγριωτέραν φύσιν.
ἀλλ' οὐ γὰρ ἄν σε μυρίοις ὀνείδεσι
δάκοιμι· τοιόνδ' ἐμπέφυκέ σοι θράσος·
ἔῤῥ', αἰσχροποιὲ καὶ τέκνων μιαιφόνε.
ἐμοὶ δὲ τὸν ἐμὸν δαίμον' αἰάζειν πάρα,
ὃς οὔτε λέκτρων νεογάμων ὀνήσομαι,
οὐ παῖδας, οὓς ἔφυσα κἀξεθρεψάμην,
ἕξω προςειπεῖν ζῶντας, ἀλλ' ἀπώλεσα.

ΜΗΔΕΙΑ.

μακρὰν ἂν ἐξέτεινα τοῖςδ' ἐναντία

10. 15. Havn. *μακρὰν δ' ἂν* Paris. A., unde Brunckius *μακράν γ' ἄν*, quem secutus est Porsonus. Rom. B. *μακρά γ' ἄν*. Reliqui libri aut *ἢ μακρὰν* aut *ἢ μακρὰν* aut *ἢ μάκρ' ἄν*. Scholiasta quidem *ἢ μακρὰν* habet. R. K.

τῆς πλεῖστον ἐχθίστης ἐμοὶ ἐχίδνης. Vid. Matth. Gr. §. 461. p. 638.

v. 1330. *ὅτ' ἐκ δόμων σε βαρβάρου τ' ἀπὸ χθονός*] Adiectivum *βαρβάρου* facit etiam ad substantivum priore loco positum. Vid. infra v. 1366. et quae supra ad v. 1150: *ὀργάς τ' ἀφῄρει καὶ νεάνιδος χόλον* explicavimus. R. K.

v. 1331. *ἡγόμην*] Herodot. I, 59: *πρῶτα μὲν γυναῖκα τεκνοποιὸν μὴ ἄγεσθαι ἐς τὰ οἰκία.*

v. 1337. *παρ' ἀνδρὶ τῷδε*] I. e. *παρ' ἐμοί.*

v. 1342. Aeschylus Agam. 1233: *τί νιν καλοῦσα δυςφιλὲς δάκος Τύχοιμ' ἄν, ἀμφίςβαιναν ἢ Σκύλλαν τινά, Οἰκοῦσαν ἐν πέτραισι, ναυτίλων βλάβην.* [Scholiasta ad h. l. *Τῆς Τυρσηνίδος· τῆς Σικελικῆς· Τυρσηνὸν γὰρ πέλαγος Σικελίας. Ἐκ τούτων φανερός ἐστιν Εὐριπίδης τὴν Ὀδυσσέως πλάνην περὶ Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν ὑπειληφὼς γεγονέναι.* R. K.]

v. 1346. *ἔῤῥ', αἰσχροποιὲ*] Haec vox videtur olim displicuisse popularibus Euripidis. Hinc scholiasta annotat: *Ὅτι δοκεῖ τὸν στίχον τοῦτον εἰπὼν Εὐριπίδης ἐκβεβλῆσθαι, διὸ καὶ κεχίασται* (crucis signo confossus est). Cf. Mach. apud Athenaeum p. 582. C. Habet tamen ex h. l., ut videtur, vocem grammaticus Bekkeri Anecd. p. 21: *αἰσχροποιός· ἡ αἰσχρὰ ποιοῦσα καὶ αἰσχύνης ἀξία.* R. K.

v. 1351. *μακρὰν ἂν ἐξέτεινα*] Soph. Aiac. 1040: *μὴ τεῖνε μακράν.* Cf. Hemsterh. ad Lu-

λόγοισιν, εἰ μὴ Ζεὺς πατὴρ ἠπίστατο,
οἷ' ἐξ ἐμοῦ πέπονθας οἷά τ' εἰργάσω·
σὺ δ' οὐκ ἔμελλες τἄμ' ἀτιμάσας λέχη
τερπνὸν διάξειν βίοτον ἐγγελῶν ἐμοί,
οὔθ' ἡ τύραννος οὔθ' ὁ σοὶ προςθεὶς γάμους
Κρέων ἀνατεὶ τῆςδέ μ' ἐκβαλεῖν χθονός.
πρὸς ταῦτα καὶ λέαιναν, εἰ βούλει, κάλει,
καὶ Σκύλλαν, ἣ Τυρσηνὸν ᾤκησεν πέδον·
τῆς σῆς γὰρ ὡς χρὴ καρδίας ἀνθηψάμην.

ΙΑΣΩΝ.

καὐτή γε λυπεῖ καὶ κακῶν κοινωνὸς εἶ.

ΜΗΔΕΙΑ.

σάφ' ἴσθι· λύει δ' ἄλγος, ἢν σὺ μὴ 'γγελᾷς.

ΙΑΣΩΝ.

ὦ τέκνα, μητρὸς ὡς κακῆς ἐκύρσατε.

ΜΗΔΕΙΑ.

ὦ παῖδες, ὡς ὤλεσθε πατρῴᾳ νόσῳ.

ΙΑΣΩΝ.

οὔτοι νιν ἡμὴ δεξιά γ' ἀπώλεσεν.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἀλλ' ὕβρις οἵ τε σοὶ νεοδμῆτες γάμοι.

ΙΑΣΩΝ.

λέχους σφε κἠξίωσας οὕνεκα κτανεῖν;

v. 1356. *προςθεὶς γάμους*] Sic Lasc. Flor. A. 2. 10. Rom. C. Mag. Vict. Conf. Phoen. 581: *ὦ κακὰ μνηστεύματα Ἄδραστε προςθείς, διὰ μιᾶς νύμφης γάμον Ἀπωλόμεσθα.* *προθεὶς* Paris. A. Rom. A. B. Flor. 15. Havn. R. K.

v. 1357. *ἀνατεὶ*] Elmsl. *ἀνατί.* Cf. Buttm. Gr. ampl. II. p. 343 seq. et quos laudat Herm. ad Soph. Ai. 1206. et Lob. Phryn. p. 515. [Quod scholiasta habuit et offerunt libri, Flor. A. 10. 15. Rom. B., *ἄτιμον*, id non minus e glossemate natum esse apparet quam *ἀτίcian.* T. I. p. 190. Ast. ad Plat. de Rep. p. 620.

v. 1361. *καὐτή γε λυπεῖ*] et tu vel ipsa doles, interprete Hermanno ad Vig. p. 827.

v. 1366. Pronomen alteri nomini adiunctum pertinet etiam ad v. *ὕβρις*. Cf. Matth. Gr. §. 428, 4.

v. 1367. Vim particulae *καὶ* optime expresseris vernacule vertendo: Und war die Ehe es auch werth, sie zu tödten? Eadem particulae vis apud Platonem Alcib. I. p. 119. C: *ἄξιον τοῦτό γε καὶ ἐρέσθαι ἄνδρα οἰόμενον μεγαλόφρονα εἶναι.* Eurip. Helen. 747: *εὔηθες δέ τοι Τὸ καὶ δοκεῖν ὄρνιθας ὠφελεῖν βροτούς.* Or. 1331: *Ἠ τοῦδ' ἕκατι καὶ βοὴ κατὰ στέγας;*

v. 1371. *οἵδ' εἰσίν, οἴμοι·* Μεταξὺ εἰς ὑπόμνησιν ἐλθὼν τῶν τέκνων Ἰάσων ὠδύρατο καὶ φησὶν ὤμοι. SCHOL. cod. Flor.

ΜΗΔΕΙΑ.

σμικρὸν γυναικὶ πῆμα τοῦτ᾽ εἶναι δοκεῖς;

ΙΑΣΩΝ.

ἥτις γε σώφρων· σοὶ δὲ πάντ᾽ ἐστὶν κακά.

ΜΗΔΕΙΑ.

οἵδ᾽ οὐκέτ᾽ εἰσί· τοῦτο γάρ σε δήξεται.

ΙΑΣΩΝ.

οἵδ᾽ εἰσίν, οἴμοι, σῷ κάρᾳ μιάστορες.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἴσασιν ὅςτις ἦρξε πημονῆς θεοί.

ΙΑΣΩΝ.

ἴσασι δῆτα σήν γ᾽ ἀπόπτυστον φρένα.

ΜΗΔΕΙΑ.

στυγεῖ· πικρὰν δὲ βάξιν ἐχθαίρω σέθεν.

ΙΑΣΩΝ.

καὶ μὴν ἐγὼ σήν· ῥάδιοι δ᾽ ἀπαλλαγαί.

ΜΗΔΕΙΑ.

πῶς οὖν; τί δράσω; κάρτα γὰρ κἀγὼ θέλω.

ΙΑΣΩΝ.

θάψαι νεκρούς μοι τούςδε καὶ κλαῦσαι πάρες.

ΜΗΔΕΙΑ.

οὐ δῆτ᾽, ἐπεὶ σφᾶς τῇδ᾽ ἐγὼ θάψω χερί,
φέρουσ᾽ ἐς Ἥρας τέμενος ἀκραίας θεοῦ,

μως, quod habet Rom. A. ἀνατὶ agnoscit etiam schol. R. K.]

v. 1367. λέχους σφε κήξίωσας] Sic Aldus, Rom. C. Flor. A. Flor. 2. 10. λέχους σφέ γ᾽ ἠξίωσας Paris. A. D. Rom. A. B. Flor. 15. Lasc. λέχους γέφ᾽ ἠξίωσας Havn. Vide infra explicationem. R. K.

v. 1373. σήν γ᾽] Sic Rom. A. B. C. Mag. Flor. A. 2. 10. 15. Vict. Lasc. Brunckius, fortasse e Paris. A. Olim legebatur: σήν. R. K.

v. 1375. ῥάδιοι δ᾽] Sic Paris. A. B. D. E. Rom. (A.) B. C. Flor. A. Flor. 2. 10. 15. Havn. Lasc. Olim legebatur: ῥάδιοί γ᾽. R. K.

6. Burgesius scribendum coniecerat: οἵδ᾽ εἰσὶν ὤμοὶ σῷ κάρᾳ μιάστορες, quod probavit Boissonadus. In eandem coniecturam nuper incidit A. Witzschelius, qui quod Rom. A. B. Havn. scripturam ὤμοι suae coniecturae favere ait, nihil est. Saepe enim ὤμοι et οἴμοι in libris confunduntur; cf. G. Hermannum ad Sophoclis Aiacem v. 885. Vid. variet. lect. v. 1399. R. K.

v. 1379 sqq. Ἱερὸν Ἥρας, in quo Medea liberos ex Iasone susceptos occultare consueverit, sperans immortales fore, ex Eumelo commemorat Pausan. II, 3, 8. Ἀκραία δὲ εἴρηται, inquit schol., παρὰ τὸ ἐν ἀκροπόλει ἱδρῦσθαι, quod ex Liv. XXXII, 23. refellere sibi visus est Elmsleius. De Pausaniae loco lib. II, 24, 1. mirabiliter fallitur A. Matthiae: loquitur enim Pausanias

ὡς μή τις αὐτοὺς πολεμίων καθυβρίσῃ,
τύμβους ἀνασπῶν· γῇ δὲ τῇδε Σισύφου
σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλη προςάψομεν
τὸ λοιπὸν ἀντὶ τοῦδε δυςσεβοῦς φόνου.
αὐτὴ δὲ γαῖαν εἶμι τὴν Ἐρεχθέως,
Αἰγεῖ συνοικήσουσα τῷ Πανδίονος.
σὺ δ', ὥςπερ εἰκός, κατθανεῖ κακὸς κακῶς,
Ἀργοῦς κάρα σὸν λειψάνῳ πεπληγμένος,
πικρὰς τελευτὰς τῶν ἐμῶν ἰδὼν γάμων.

ΙΑΣΩΝ.

ἀλλά σ' Ἐρινὺς ὀλέσειε τέκνων
φονία τε Δίκη.

ΜΗΔΕΙΑ.

τίς δὲ κλύει σου θεὸς ἢ δαίμων,
τοῦ ψευδόρκου καὶ ξειναπάτου;

ΙΑΣΩΝ.

φεῦ φεῦ, μυσαρὰ καὶ παιδολέτορ.

ΜΗΔΕΙΑ.

στεῖχε πρὸς οἴκους καὶ θάπτ' ἄλοχον.

ΙΑΣΩΝ.

στείχω, δισσῶν γ' ἄμορος τέκνων.

v. 1380. *ὡς μή τις αὐτοὺς πολεμίων καθυβρίσῃ*] *αὐτῶν* Rom. A. ante corr. Flor. 10. 15. Havn., sed is in margine *αὐτούς*. Genitivus per se falsus non est, quum *καθυβρίζειν* etiam genitivo iungatur, et qui sequitur genitivus *πολεμίων* intelligentem auditorem morari non possit. Nihil tamen mutavi, quum reliqui libri in *αὐτοὺς* consentiant. R. K.

v. 1388. *τῶν ἐμῶν γάμων ἰδών*] Lasc. Rom. tres, Flor. 2.

de Iunone Acraea in arce Argivorum culta. Cf. Passov. de Musaeo p. 79. — *τύμβους ἀνασπῶν*. Moris fuit ossa proditorum patriae extra fines proiicere.

v. 1387. *κάρα σὸν*] Rarius eiusmodi accusativis pronomen adiungi observat Matth. Gr. §. 424, 4. not. 2. Ceterum de mortis genere, quo obiit Iason, operae pretium est schol. ad h. l. adscribere: *Ἱστορεῖται Ἰάσων τέλει τοιούτῳ χρήσασθαι· κοιμώμενον γὰρ αὐτὸν ὑπὸ τὴν Ἀργὼ κατασαπεῖσαν ὑπὸ πολλοῦ χρόνου, μέρος τι ταύτης ἐκπεσὸν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἔκρουσεν. Ἀργοῦς οὖν λειψάνῳ λέγει ἀντὶ τοῦ μέρει τινὶ τῆς Ἀργοῦς. Ἄλλως· οἱ μὲν λέγουσι κατὰ Μηδείας χόλον ἢ κέλευσιν ὑπὸ τῇ πρύμνῃ καταδαρθέντα τὸν Ἰάσονα τελευτῆσαι, ἐμπεσόντος αὐτῷ ξύλου. Νεόφρων δὲ ξενικώτατον· ἀγχόνῃ γὰρ τελευτῆσαι.* Apponit deinde versus ex Neophronis Medea corruptissimos, de quibus cf. Herm. ad Elmsleii edit. p. 402 seq.

v. 1392. *ξειναπάτου*] Eodem

ΜΗΔΕΙΑ.
οὔπω θρηνεῖς· μένε καὶ γῆρας.
ΙΑΣΩΝ.
ὦ τέκνα φίλτατα.
ΜΗΔΕΙΑ.
μητρί γε, σοὶ δ' οὔ.
ΙΑΣΩΝ.
κἄπειτ' ἔκτας;
ΜΗΔΕΙΑ.
σέ γε πημαίνουσ'.
ΙΑΣΩΝ.
αἰαῖ· φιλίου χρῄζω στόματος
παίδων ὁ τάλας προςπτύξασθαι.
ΜΗΔΕΙΑ.
νῦν σφε προςαυδᾷς, νῦν ἀσπάζει,
τότ' ἀπωσάμενος.
ΙΑΣΩΝ.
δός μοι πρὸς θεῶν
μαλακοῦ χρωτὸς ψαῦσαι τέκνων.
ΜΗΔΕΙΑ.
οὐκ ἔστι· μάτην ἔπος ἔῤῥιπται.

10.15. Havn. Recepit Witzschelius. Omittit versum Flor. A. R. K.

v. 1399. αἰαῖ] αἶ αἶ Lasc. Ald. rell. ὤμοι Paris. A. Rom. A. B. Flor. 15. Havn. R. K.

v. 1404. μάτην ἔπος] Sic Paris. B. D. Flor. 15. Havn. μάτην δ' ἔπος Paris. A. Rom. A. (superscr. λόγος), B. μάτην λόγος Lasc. Ald. Rom. C. Flor. A. 2. 10. R. K.

vocabulo utitur Pind. Olymp. XI, 35. Eurip. Troad. 866.

v. 1399 seq. Constructionem ex duarum confusione locutionum explicat A. Matthiae (ad Orest. 383.), χρῄζω φιλίου στόματος et χρῄζω φίλιον στόμα προςπτύξασθαι, ut Phoen. 1665: ὦ φίλτατ', ἀλλὰ στόμα γε σὸν προςπτύξομαι. Cf. Plat. Criton. p. 52. B: οὐδ' ἐπιθυμία σε ἄλλης πόλεως, οὐδ' ἄλλων νόμων ἔλαβεν εἰδέναι. Pind. Olymp. III, 35: τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχεν δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου Ἵππων φυτεῦσαι, ubi vid. Boeckh. [Recte intellexit Witzschelius infinitivum potius addi quasi epexegesin. Similis est Latinorum illa constructio, qualis est exempli causa apud Cic. de Universo cap. 9: Reliquorum siderum quae causa collocandi fuerit etc. R. K.]

v. 1402. τότε] tum, i. e. ante, olim. Electr. 1203: φρονεῖς γὰρ ὅσια νῦν, τότ' οὐ φρονοῦσά γ' εὖ. Cf. Alc. 915 seqq. Schaefer. ad Iulian. p. IV.

ΙΑΣΩΝ.

Ζεῦ, τάδ' ἀκούεις, ὡς ἀπελαυνόμεθ',
οἷά τε πάσχομεν ἐκ τῆς μυσαρᾶς
καὶ παιδοφόνου τῆσδε λεαίνης;
ἀλλ' ὁπόσον γοῦν πάρα καὶ δύναμαι
τάδε καὶ θρηνῶ κἀπιθοάζω,
μαρτυρόμενος δαίμονας, ὥς μοι
τέκν' ἀποκτείνασ' ἀποκωλύεις
ψαῦσαί τε χεροῖν θάψαι τε νεκρούς,
οὓς μήποτ' ἐγὼ φύσας ὄφελον
πρὸς σοῦ φθιμένους ἐπιδέσθαι.

ΧΟΡΟΣ.

πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ,
πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί·
καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.
τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

v. 1413. ὄφελον ex emendatione Bentleii ad Phalar. p. 142. Libri ὤφελον.

v. 1409. Non opus esse videtur, auctore Blomfieldio et Dindorfio verbo ἐπιθοάζειν, quod simili potestate apud Aeschylum Choeph. 343. et hoc Euripidis loco occurrit, substituamus ἐπιθεάζειν, de quo vid. Dorvill. ad Charit. p. 475 seq. Illud quum proprie significet festinare, hic translatum videtur ad luctum, quo quis vehementius movetur. Prolixa est disputatio Erfurdtii de verbo θοάζειν ad Soph. Oed. T. 2., quo loco etiam ἐπιθοάζειν tuetur Hermannus. [Cf. Buttm. Lexil. II. p. 109 seq.]

v. 1415 seqq. De his versibus in exitu Alcestidos, Andromachae, Baccharum, Helenae repetitis appellavit Witzschel. G. Hermannum, qui ad Bacchas: „Qui factum sit," inquit, „ut Euripides quinque fabulas iisdem versibus finierit, non memini me a quoquam interpretum indicatum legisse. Scilicet, ut fit in theatris, ubi actorum partes ad finem deductae essent, tantus erat surgentium atque abeuntium strepitus, ut quae chorus in exitu fabulae recitare solebat, vix exaudiri possent. Eo factum, ut illis chori versibus parum curae impenderetur." R. K.

In der **Bibliotheca Graeca** *sollen nach dem vorläufigen Plane erscheinen:*

A. Poetarum

Vol.	I. II.	**Homeri** Ilias ed. *Spitzner* (für den Augenblick unterbrochen durch den Tod des Herausgebers).
-	III. IV.	— Odyssea ed. *Granskof* (wird im Laufe dieses Jahres erscheinen).
-	V.	**Hesiodus** ed. *Goettling* (erscheint nächstens in einer neuen Auflage).
-	VI.	**Pindarus**, wovon Prof. *Schneidewin* eine neue Auflage besorgt.
-	VII. VIII.	**Aeschylus**, für's erste durch des Herausgebers Tod unterbrochen.
-	IX. X.	**Sophocles** ed. *Wunder*, vollständig erschienen.
-	XI—XV.	**Euripides** wird nach des frühern Herausgebers Tode vom Prof. *Klotz* fortgesetzt.
-	XVI.	**Aristophanis** comoediae select. ed. *Seidler* (noch nicht fertig).
-	XVII.	**Theocritus** ed. *Wuestemann* (erschienen), (Bion et Moschus wird vom Dr. *Ameis* geliefert).
-	XVIII.	**Callimachus** ed. *Goettling* (noch nicht fertig).
-	XIX.	**Anacreon** ed. *Moebius* (erschienen).
-	XX.	Delectus **Epigrammatum** ed. *Iacobs* (erschienen).

B. Scriptorum orat. pedestr.

Vol.	I—IV.	**Herodotus** (erschien bis jetzt noch nicht, weil der Tod den Prof. *Struve* über der Bearbeitung übereilte).
-	V. VI.	**Thucydides** ed. *Poppo* (erscheint im Laufe dieses Jahrs).
-	VII—X.	**Xenophontis** opera (VIII. u. X. befindet sich unter der Feder theils des Conrector Dr. *Kühner*, theils des Dr. *Breitenbach*).
-	XI—XXII.	**Platonis** opera ed. *Stallbaum* (fertig).
-	XXIII.	**Isocrates** } ed. *Bremi*, theils erschienen, vom Prof.
-	XXIV.	**Demosthenes** } Dr. *Sauppe* fortgesetzt zu erwarten.
-	XXV.	**Lysias et Aeschines** ed. *Bremi* (fertig).
-	XXVI.	**Plutarchus** ed. *Fr. Iacobs* (noch nicht fertig).
-	XXVII.	**Lucianus** (so wie Herodotus vorläufig verschoben durch das Ableben des Prof. *Struve*).

Die wirklich erschienenen Bände sind im nachfolgenden Verzeichnisse mit dem Preise aufgeführt.

	Thlr.	ggl.
Aeschyli Tragoed. edid. *Klausen.*		
Vol. I. 1. Agamemno . .	1	20
- - 2. Choephorae . .	1	9
Anacreontis Carmina .	-	12
Delectus Epigrammatum ed. *Jacobs.*	2	—
Demosthenis oratt. selectae ed. *Sauppe.*		
Vol. I. oratt. selectae . .	1	4
- II. orat. de corona .	-	20
(erscheinen nächstens neu)		
Euripidis Tragoed. edid. *Pflugk* et *Klotz.*		
Vol. I. 1. Medea ed. II.	-	12
- - 2. Hecuba, edit. II.	-	10
- - 3. Andromache .	-	12
- - 4. Heraclidae . .	-	12
- II. 1. Helena . . .	-	12
- - 2. Alcestis . . .	-	10
- - 3. Hercules furens	-	15
- - 4. Phoenissae.		

Dies. Tragoed. ohne Noten.

Medea	6 gl.	Heraclidae	8 gl.
Hecuba	6 gl.	Helena	8 gl.
Androm.	8 gl.	Alcestis	6 gl.

	Thlr.	ggl.
Hesiodi opera ed. *Goettling*	-	20
Homeri Ilias ed. *Spitzner.* IV Voll.	5	18
Homeri Ilias ed. *Spitzner.* Schulausgabe br. . .	1	12
Homeri Odyssea ed. *Grasshof.*		
Isocratis oratt. ed. *Bremi*	-	20
Lysiae et **Aeschinis** oratt. ed. *Bremi* . . .	2	—
Pindari Carm. ed. *Dissen.* II Voll.	4	6
Platonis opera omnia ed. *Stallbaum.*		
Vol. I. 1. Apologia Socrat. et Crito. ed. II.	-	18
- - 2. Phaedo . . .	-	18
- - 3. Sympos. et Indices	-	22
- II. 1. Gorgias. edit. II.	-	20
- - 2. Protagoras ed. II.	-	18
- III. 1. 2. de Re publica lib. I — X. II Voll.	3	6
- IV. 1. Phaedrus . . .	-	20
- - 2. Menexenus, Lysis, Hippias uterque	1	6
- V. 1. Laches, Charm., Alcibiades uterq.	1	6
- - 2. Cratylus . . .	-	21
- VI. 1. Euthydemus . .	-	16
- - 2. Meno et Euthyph. et incerti script. Theages, Erastae et Hipparch.	1	9
- VII. Timaeus et Critias	1	18
- VIII. 1. Theaetetus . .	1	9
- - 2. Sophistes . .	-	21
- IX. 1. Politicus . .	1	12
- - 2. Philebus.		
Sophoclis Tragg. ed. *Wunder.*		
Vol. I. 1. Philoctet. ed. II.	-	18
- - 2. Oed. Rex ed. II.	-	12
- - 3. Oed. Colon. ed. II.	-	21
- - 4. Antigone edit. II.	-	14
- II. 1. Electra . . .	-	14
- - 2. Aiax	-	16
- - 3. Trachiniae . .	-	21
Theocriti Idyllia edid. *Wuestemann* . . .	1	18
Thucydidis de bello Pelop. libb. VIII. ed. *Poppo.*		
Xenophontis opera.		
Vol. I. Cyropaedia edid. *Bornemann* .	1	12
- II. Memorabilia. edid. Dr. *Kühner* .	1	12
Dass. ohne Noten . . .		8
- III. Anabasis ed. *Kühner.*		
- IV. 1. Oeconomicus ed. *Breitenbach.*		21

Obgleich der Subscriptionspreis längst aufgehört hat, so sind wir doch gern bereit, die noch erfolgenden Fortsetzungen zu demselben zu liefern, und jede gute *Buchhandlung* in den Stand zu setzen, diesen Vortheil Denen zu gestatten, die das ganze Werk, oder auch einzelne Prosaiker oder Poëten compl. nehmen. Sämmtliche Buchhandlungen des In- und Auslandes können diese Vergünstigungen gewähren.

Gotha und Leipzig, Oster-Messe 1842.

Hennings'sche Buchhandlung.

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. XI.

CONTINENS

EURIPIDIS MEDEAM, HECUBAM, ANDROMACHEN ET HERACLIDAS.

ED.

AUG. IUL. EDM. PFLUGK,
GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR.

GOTHAE, MDCCCXL.
SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.
(LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.)

EURIPIDIS

TRAGOEDIAE.

RECENSUIT

ET

COMMENTARIIS INSTRUXIT

AUG. IUL. EDM. PFLUGK,

GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR.

VOL. I. SECT. II.

CONTINENS

HECUBAM.

EDITIO ALTERA.

GOTHAE, MDCCCXL.

SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.

(LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.)

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΕΚΑΒΗ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ.
ΕΚΑΒΗ.
ΧΟΡΟΣ ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΩΝ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.
ΠΟΛΥΞΕΝΗ.
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.
ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ ΚΑΙ ΟΙ ΠΑΙΔΕΣ ΑΥΤΟΥ.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ
ΕΚΑΒΗ.

PROOEMIUM.

Multae saepe ac graves Criticorum dissensiones de verborum significatione aut de integritate scripturae contentiones fuerunt; sed ubi magis dissideant hominum iudicia et tanquam adversa fronte confligant, haud facile reperias, nisi in ea parte interpretationis, quae versatur in disceptandis scriptorum virtutibus ac vitiis exigendisque ad artis praecepta monumentis poetarum. Quo quidem in genere quum ad sensum pleraque, minime illum explicatum et quodam illustratum quasi lumine rationis et scientiae, referantur, neque regula quaedam certa ac stabilis iudicandi possit constitui: perdifficilis est atque ambigua conditio et veri inveniendi et cavendi erroris. Quodsi quis pravas etiam ac praeiudicatas opiniones attulerit, neque, quod faciunt multi eorum, qui antiquorum iudices poetarum esse volunt, aut ipse discedere possit a placitis quibusdam ac decretis illorum, qui quid recte fieret in poesi quid secus disciplinae ratione comprehenderunt, aut discrepare alios patiatur: quid aliud nisi multa eadem de re dici necesse est, quae et pugnent inter se et in eum, de quo fit iudicium, inique dicantur? Id autem quum aliis saepe, tum iis maxime accidisse videtur, qui de tragicis Graecorum poetis scripserunt: in quibus non reperio quem aut admirati magis sint nonnulli propter quandam divinam ingenii et artis praestantiam, aut gravioribus alii criminibus impugnaverint praeter eum, cuius hoc ipso tempore fabulam, non sane optimam, sed aliquanto tamen, si quid video, quam putatur melio-

rem in lucem emittimus: quanquam quum in reprehensoribus poetae quidam nobiles sint et eximii viri, plures esse suspicamur, qui quid peccaverit exprobrare quam quid bene gesserit explorare malint. Ac nobis tametsi neque laudare Hecubam neque reprehendere consilium erat, tamen, quum visum esset de nonnullis rebus, quae ad interpretationem huius fabulae pertinerent neque satis commode in illis annotationis angustiis tractari possent, seorsim dicere, rem haud ingratam lectoribus nos facturos existimavimus, si eadem opera aliquid simul attulissemus praesidii illis, qui de universa illius tragoediae ratione rectius iudicare vellent.

Argumentum igitur Hecubae depromptum est ex memoria excidii Troiani, unde petitas duas res consociavit poeta, immolationem Polyxenae ad tumulum Achillis, et Polymestoris, Thracum regis, ob interfectum Polydorum, Hecubae filium eundemque ipsius tutelae commissum, vindictam. Ita factum est, ut duplex esset non solum actio, sed locus etiam, ubi res agerentur, Thraciae Chersonesus et Troia. Ac de loco postea videbimus; actiones autem quas dixi duas, nisi egregie fallor, coniungi necesse fuit, aut, si coniungi sine vitio non possent, totum argumentum relinquendum. Sed illa reprehensio tota qualis tandem est? Neque enim, ut opinor, eam vim habet hoc praeceptum, quod excludit eiusmodi varietatem argumenti, ut nulla sit bona fabula, nisi quae simplicem habeat actionem, sed illa vel optima censenda est, qua res diversae ita sunt comprehensae et quodam mixtae quasi temperamento, ut eae ad unum tamen eundemque finem conspirent. Quid est enim, cur desideretur in tragoedia unitas actionis? nisi quod coniunctis quae aut singula aptam tragoediae materiam praeberent, aut aliquid saltem haberent, quod longius evagaretur et exuberaret quodammodo, fieri non potest, quin, absoluta una parte et consumptis metus ac miserationis affectibus, ad reliqua minuatur attentio et languescat studium spectandi. Atque in Hecuba quidem tantum abest, ut aliquid abundare videatur, ut, detracta alterutra parte, imperfecta sit haec fabula futura. Sed quo magis quid de illius compositione sentiamus perspiciatur, argumentum ordine explicabimus.

Prologi partes agit simulacrum Polydori, qui, quum esset tertio abhinc die occisus ab hospite opibus ipsius potituro et in mare proiectus, impetrasse se a Diis inferis narrat, ut incideret in manus matris et sepulturae honore afficeretur; venisse autem Hecubam a Troia in Chersonesum, quod erat regnum Polymestoris,

cum exercitu Graecorum, quem constitisse in ora illius terrae, quod visus esset supra tumulum Achilles Polyxenae caedem expostulans, eamque fortissimo quondam heroi datum iri. Inde Hecuba progreditur et dira narrat somnia, ex quibus in maximum de fortuna Polydori et Polyxenae metum inciderit. Ac de filia haud vanam fuisse sollicitudinem statim cognoscitur, choro Troianarum mulierum nuntium afferente decreti quod fecerant Graeci de immolanda Achilli Polyxena. Graves inde Hecubae lamentationes, et evocatur Polyxena, quae, audita re, et ipsa flebiles fundit querelas, magis tamen ut orbam matris senectam quam suam ipsius vicem doleat. Iam vero adest Ulixes, perferendis exercitus mandatis et abducendae virgini delectus, quem Hecuba commemorato vitae servatae beneficio et precibus multis ac miseratione permovere studet, ut neque ipse filiam ex matris amplexu avellat, et Graecis aliam esse victimam Achilli tribuendam persuadeat. Contra illo disserente negari hoc munus fortissimo viro non posse, quum filiam Hecuba, ut suas ipsa preces adiiceret, hortata esset: tanta conspicitur Polyxenae constantia et magnitudo animi, quum sibi quidem mortem tanquam aliquem portum diceret videri, in quem ex gravissima tempestate fortunae confugeret vitaretque omnem illam servitii turpitudinem; matrem autem consolaretur ea ipsa re, quod nihil esset indignum pristina fortuna toleratura, ut, si quis et aetatem illius et pulcritudinem consideraret, non posset non luctu fletuque prosequi abeuntem multisque signis caritatis et doloris matri valedicentem. Post canticum chori, quo quae non erant simili sive beneficio fortunae sive iniuria evasurae mala servitutis mulieres futuram conditionem coniectant, Talthybius advenit peractum sacrificium nuntians tamque admirabilem in ipso mortis discrimine fortitudinem Polyxenae fuisse narrans, ut neque, cui erat illud negotium demandatum, Neoptolemus nisi haesitans et invitus puellam maioribus paene animi quam corporis virtutibus ornatam mactare posset, et qui aderant Graeci milites, ut defunctae honori ne quid deesset, certatim providerent. Magnum ea res afferre matri solatium poterat, quae, collaudata filiae virtute, ut sibi corpus et exsequiarum cura concederetur, petiit. Simul misit ancillam, quae aquam e mari haustam ad lavandum corpus afferret, et ipsa funebrem ornatum paratura discessit.

Hinc altera fabulae pars incipit, quam diximus adeo non excurrere ultra propositum, ut prorsus necessaria sit habenda. Nam finiri fabulam non potuisse quivis sentiat: neque enim mera cala-

mitas, etiamsi quis fortiter eam ac magno animo ferat, apta tragoediae materia est, sed tale debet esse argumentum, quod, quamvis aliqui remaneant aculei luctus et doloris, tamen non frangat animum et exasperet. Quod quidem, si qua alia re, Polyxenae nece fieri necesse erat, nisi aliud adiungeret poeta, quo mitigarentur animi spectatorum et ex illo acerbissimo dolore ad spem rursus et fiduciam convalescerent. Ac ne iusto citius deficeret exspectatio, prologo cautum est, ubi quod narraverat Polydorus, appariturum se ancillae, ut persolverentur ipsi suprema, non potuit non sollicitos habere spectatores, qui maerorem Hecubae et vix suffecturam novis malis imbecillitatem aetatis conspexissent. Ac corpus Polydori rediens ancilla simul apportat: quae res quum gravissime omnes perculisset, alium tamen ac plerosque credibile est exspectasse eventum habuit. Etenim quem benevolum Hecubae iam in illa de ducum inter se discordiis narratione, quum deliberarent de victima Achilli tribuenda, cognovimus, princeps exercitus Graecorum Agamemno advenit mirans illius in funere curando cunctationem, idque ut acceleraret hortaturus. Quem Hecuba, quum aliquamdiu haesitasset, precibus adiit, ut se in exigendis a Polymestore poenis adiuvaret. Igitur postquam quod voluit impetraverat, acciri cum liberis suis Polymestorem iussit. Cuius hominis fallaciam ac detestabilem auri cupiditatem tam egregie adumbravit poeta, ut augeri iram et ex ultione quae imminet gaudium necesse sit. Atque ingressi remotis satellitibus in tentorium acres continuo audiuntur clamores, unde quod suspicatae fuerant mulieres, ex quibus chorus est compositus, exsequutam esse reginam consilium ulciscendi, mox evolans ipsa confirmat. Inde species miserabilis Polymestoris: aliquando irae, saepius fletus, et auxilii imploratio: tandem accedit Agamemno, coram quo causa disceptatur et cadit iudicio Polymestor.

Hoc fabulae exitu effectum esse arbitramur, ut, si quis antea tot tantisque Priamidarum malis et illo crudelissimo totius stirpis excidio desponderet animum neque optabilem crederet vitae conditionem, si esset sub tanta sive fortunae temeritate sive iniquitate deorum vivendum, idem nunc confirmato animo ne in extremis quidem miseriis desperandum esse neque impune a scelestis hominibus quamvis imbecillos et miseros violari intelligeret. Ac quanquam illius, a qua nomen duxit haec fabula, haud sint tam eximiae partes, eam ut praecipue quis spectandam ab initio censeat: tamen, cognita Polyxenae virtute et perfidia Polymestoris, mirum

quantum in Hecubam et benevolentia augetur et sollicitudo, neque admiratio magis puellae de medio sublatae aut odium hospitis animos exercent, quam matrem lugemus, incredibili quodam malorum omnium concursu oppressam.

Consulto autem praetermisimus adhuc mentionem eorum, quae in ipsa fabulae conclusione damnatus Polymestor et iamiam moriturus vaticinantis in modum de Hecubae in canem conversione et de Agamemnonis nece praedicit. Qua quidem re haud scio an quicquam excogitari potuerit magis accommodatum luctuoso illi ac flebili, quod adamavit Euripides, generi tragoediae. Simili praesagio apud Homerum moribundus Hector mortem praedicit Achilli, victori tum et prospera fortuna utenti, Il. χ, 355 sqq., quem locum tetigit Diodorus Siculus XVIII, 1. his verbis: *Πυθαγόρας ὁ Σάμιος καί τινες ἕτεροι τῶν παλαιῶν φυσικῶν ἀπεφήναντο τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ὑπάρχειν ἀθανάτους, ἀκολούθως δὲ τῷ δόγματι τούτῳ καὶ προγιγνώσκειν αὐτὰς τὰ μέλλοντα καθ' ὃν ἂν καιρὸν ἐν τῇ τελευτῇ τὸν ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμὸν ποιῶνται. Τούτοις δὲ ἔοικε συμφωνεῖν καὶ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, παρειςάγων τὸν Ἕκτορα κατὰ τὸν τῆς τελευτῆς καιρὸν προλέγοντα τῷ Ἀχιλλεῖ τὸν μέλλοντα συντόμως αὐτῷ συνακολουθήσειν θάνατον.* Neque dissimili ratione damnatus capitali iudicio Socrates apud Platonem Apol. p. 39. B. C: *τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο ἐπιθυμῶ ὑμῖν χρησμῳδῆσαι, ὦ καταψηφισάμενοί μου· καὶ γάρ εἰμι ἤδη ἐνταῦθα, ἐν ᾧ μάλιστ' ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσιν, ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι.* Hac igitur opinione nemo non videt quam opportune usus sit Euripides. Etenim qui aut Hecubae in tantis aerumnis aliquam contigisse rem laetiorem gavisi essent, aut regis potentissimi de capite regis et fortunis iudicium meminissent, quanta tandem religione quantoque horrore impletos credimus, si illud tempus cogitarent, quo quae in regiis opibus consenuisset mulier, exhausta omni malorum acerbitate, tandem in turpem bestiam mutaretur, et dux quondam Graeciae ac victor rex miserabili caede ac dolo coniugis perimeretur? Mihi quidem quae tam admirabili metus, admirationis, odii, misericordiae temperamento mixta est fabula aliquanto certe plus habere pretii ac dignitatis videtur, quam essent habitura lamenta quaedam muliercularum; neque si aut ab Aeschyli absit gravitate Euripides, aut illam Sophocleae Musae suavitatem non assequatur, abiiciendus continuo ad illos est, quorum malis coercitam libidinem licentiamque scribendi.

Sed aliquid tamen videtur incommodi attulisse illa duarum actionum coniunctio, ut scenam collocari in Thraciae Chersoneso et in Troade necesse esset. De Chersoneso constat ex v. 33. aliisque huius fabulae locis. In Troade autem fit sacrificium Polyxenae. Nam quod is qui scripsit argumentum Hecubae, et schol. ad v. 517 ed. Matth. excogitaverunt, ut cenotaphium Achillis in Chersoneso exstructum esse coniicerent, ad quod fieret sacrificium, eius rei apud ipsum poetam ne levissimum quidem vestigium est. Neque vero, quod opinabatur Prevostius, tumulum Achillis ex Sigeo in Thraciam transferri licuit. Licuit aliud poetae, ut rediisse Graecos a Chersoneso in Troadem fingeret. Spectatores autem ut lateat ista loci mutatio, duae res faciunt: primum quod sacrum non in scena perficitur, sed narratione tantummodo praeconis cognoscitur; deinde quod diligenter cavit poeta, ne commemorato loco sepulcri ad illam rem qui audiebant animum adiicerent. De utraque re monuit Hermannus annot. ad v. 33. Quanquam videor reperisse, ubi illam paene reliquerit cautionem inscius poeta. Nam quae dicentem facit Agamemnonem v. 1111 sqq.:

εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν
πύργους πεσόντας ᾔσμεν Ἑλλήνων δορί,
φόβον παρέσχ' ἂν οὐ μέσως ὅδε κτύπος.

vix poterant apte, nisi in ipso agro Troiano et in vicinia captae urbis, dici. Sed hoc ipsum, credo, efficere voluit, ut haec ne tangeret quidem omnino animos cogitatio, quanto illae regiones intervallo dissitae essent.

Non animadverterunt interpretes aliam difficultatem, quae obiicitur comparanti hos versus ex prologo:

ὁ Πηλέως γὰρ παῖς ὑπὲρ τύμβου φανεὶς
κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικὸν
πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην·
αἰτεῖ δ' ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν Πολυξένην
τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα καὶ γέρας λαβεῖν.

cum iis, quos infra Hecuba pronuntiat, v. 94—97:

ἦλθ' ὑπὲρ ἄκρας τύμβου κορυφᾶς
φάντασμ' Ἀχιλέως,
ᾔτει δὲ γέρας τῶν πολυμόχθων
τινὰ Τρωϊάδων.

Utroque loco diversa tradidit: priori, quod communi fama ferebatur, nominatim expetitam ab Achille Polyxenam, ex quo patet, ut hoc obiter moneam, probari non posse coniecturam Porsoni γέρας

λαχεῖν: sorte enim ut certum quoddam munus obtingat, optari potest, non postulari [1]); altero loco de Polyxena nihil, sed hoc tantum dicitur, aliquam Troianarum mulierum postulatam. Eandem rem tangit vv. 112—117. et vv. 304, 305, sed ut nihil inde certi colligi possit; in ipsa autem fabula quid sequutus sit Euripides multa sunt quae nos dubitare non patiantur: Hecubae ex somnio sollicitudo, chori de consilio Graecorum narratio, denique illud plenum mutui doloris et lacrimarum matris cum filia colloquium: quae omnia perridicula forent, si, quam sibi victimam deposceret, diserto Achillis indicio constaret. Quid igitur opinamur? An tantulo intervallo oblitum Euripidem quae scripserat in prologo, et improvido excidisse illam discrepantiam? Non puto; sed videndum est, ne gravior sit in istis locis verborum quam rerum dissensio. Etenim nihil postulaverit Achilles disertis quidem verbis, nisi ut aliqua captivarum mulierum ipsi mactaretur, aut ut tumulum suum ne privarent debito munere. Quid igitur impedit, quo minus Polydorum statuamus, interpretatum illius voluntatem, Polyxenam petitam dicere [2]): id quod Graeci quoque fecerunt, quippe qui de Polyxena statim cogitaverint, credo, quod et desponsa olim Achilli fuisset et esset tanto heroe dignissima? Hecubam autem minime mirum est verborum tantummodo Achillis meminisse neque de filiae nece cogitare, etsi quadam et ipsam suspicione tactam esse apparet. Neque enim solemus admodum acuti esse in iis rebus, quas quam longissime a nobis abesse cupimus.

---

1) Diversa ratio est loci Sophoclei, quem attulit Porsonus, Aiac. 825: *αἰτήσομαι δέ σ' οὐ μακρὸν γέρας λαχεῖν.* Aliud est enim, si quid ab hominibus requiras, aliud, si a diis petas. Non igitur audiendi sunt qui eo loco *λαβεῖν* scripserunt. Cetera quae citavit Porsonus exempla non esse ad rem accommodata monitum iam est a Matthiaeo.

2) [Probabilis coniectura; probabilior etiam esset, si Polydori interpretatio contineretur versibus 43, 44, in quibus victima significatur tantum, non diserte editur. Novi qui v. 40. adscriptum suspicetur a lectore, qui haereret in structura verborum: *κατέσχε στράτευμα — γέρας λαβεῖν.* F. I.]

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν ἄραντες οἱ Ἕλληνες καθωρμίσθησαν ἐν τῇ ἀντιπέραν Χεῤῥονήσῳ τῆς Θρᾴκης, ἧς Πολυμήστωρ ἦρχεν· οὗ δὴ καὶ κενοτάφιον ἔχωσαν Ἀχιλλεῖ ἐν Τροίᾳ ταφέντι. διατρίψαντες δὲ ἐκεῖ ἡμέρας δή τινας, ἐφ' ᾧ τὰ αὐτῶν εὖ διαθήσονται, ἐπεὶ ἀναχθήσεσθαι ἔμελλον, φανὲν τὸ τοῦ Ἀχιλλέως εἴδωλον ἐπὶ τοῦ τάφου ἐπέσχε τοὺς Ἀχαιοὺς τῆς ἀναγωγῆς, αἰτοῦν γέρας αὐτῷ δοθῆναι τὴν παῖδα Πριάμου Πολυξένην, τὴν καὶ πρότερον κατεγγυηθεῖσαν αὐτῷ ὑπὸ τοῦ πατρός, δι' ἣν καὶ ὑπὸ Πάριδος καὶ Δηϊφόβου τοξευθεὶς ὄλωλεν, ὅτε τὰς ἐγγύας πρὸς τοῦτον πληροῦν ἔμελλε Πρίαμος. Ἕλληνες μὲν οὖν, ὧν εὖ ἔπαθον ὑπ' αὐτοῦ μεμνημένοι καὶ τιμῶντες τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρός, ἐψηφίσαντο σφάξαι τὴν Πολυξένην ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ ἥρωος. ἔπεμψαν δὲ τὸν Λαέρτου Ὀδυσσέα πρὸς τὴν μητέρα αὐτῆς Ἑκάβην, ὡς ἂν τήν τε παρθένου λάβῃ καὶ τῷ ποικίλῳ τῶν λόγων, τοιοῦτος γὰρ ἦν ὁ ἀνήρ, πείσῃ Ἑκάβην μὴ δυςχερῶς σχεῖν ἐπὶ τῇ τῆς παιδὸς ἀφαιρέσει. ἐλθὼν οὖν Ὀδυσσεὺς τήν τε κόρην συναιρομένην εὗρεν αὐτῷ τῆς σπουδῆς καὶ πείθουσαν τὴν μητέρα, ὡς τεθνήξεσθαι μᾶλλον αὐτῇ προςῆκον ἢ τὸ ζῆν παρ' ἀξίαν. σφαγείσης δὲ τῆς παρθένου, Ἑκάβη θεράπαιναν αὐτῆς ἔπεμψε παρὰ τὰς ἀκτάς, ἐφ' ᾧ ὕδωρ ἐκεῖθεν κομίσαι πρὸς λουτρὸν Πολυξένης. εὗρε δὲ Πολύδωρον ἐκεῖ κείμενον· ἁλοῦσαν γὰρ ὡς ἔγνω τὴν Τροίαν Πολυμήστωρ, σφάξας αὐτὸν ἔῤῥιψεν εἰς τὴν θάλασσαν, ὡς ἂν αὐτὸς ἔχῃ τὸν χρυσόν, ὃν πρὸς αὐτὸν μετὰ τοῦ παιδὸς Πολυδώρου πρώην Πρίαμος ἔπεμψε λάθρα, ἐπειδὴ ἑώρα τὸ Ἴλιον πρὸς κίνδυνον ἤδη χωροῦν. ἦν δὲ ὁ χρυσὸς οὗτος πολὺς ἄγαν καὶ ἱκανὸς ὀρθῶσαι καὶ αὖθις τὸ γένος τοῦ Πριά-

μου. ὡς οὖν τοῦτον εὗρεν ἡ δούλη κείμενον ἐπ' ἀκταῖς, ἀνελομένη καὶ τῷ πέπλῳ εἱλίξασα κομίζει πρὸς τὴν Ἑκάβην. καὶ ἡ τὸν τῆς Πολυξένης νεκρόν, πρὶν ἐκκεκαλύφθαι τοῦτον, εἶναι νομίσασα, ἐπειδὴ ἔγνω Πολύδωρον, ἀθλίως τε ἔσχε καὶ ὅπως ἀμυνεῖται Πολυμήστορα μηχανᾶται τοιόνδε· κοινωσαμένη πρότερον τὴν περὶ τούτου γνώμην Ἀγεμέμνονι πέμπει τὴν αὐτῆς δούλην ὡς Πολυμήστορα, αὐτόν τε καὶ τὰ τέκνα πρὸς ἑαυτὴν μετακαλουμένη περί τινος ἀναγκαίου πρὸς αὐτὸν κοινώσασθαι. οὗτος μὲν οὖν ἀγνοῶν, ὅτι Πολύδωρος εὕρηται παρὰ τὰς ἀκτάς, καὶ ἅμα καί τισιν ὑποκλαπεὶς μετὰ τῶν παίδων πρὸς αὐτὴν ἀφικνεῖται. Ἑκάβη δὲ πρὸς αὐτὸν τούτου χάριν ἔφη κεκληκέναι, ἵνα χρυσοῦ θησαυροὺς κεκρυμμένους ὑπ' αὐτῆς ἐν Ἰλίῳ μηνύσῃ. εἰςάγει δὲ καὶ τῆς σκηνῆς ἔνδον εἰποῦσα, ὡς ἂν καὶ ἕτερ' ἄττα αὐτῷ δώσει χρήματα, μεθ' ὧν ἐξῆλθε τῆς Τροίας. ἐκέκρυπτο δὲ εἴσω πλεῖστος γυναικῶν ὄχλος, σὺν αἷς τοῦτον εἰςελθόντα Ἑκάβη ὀφθαλμῶν τε στερεῖ καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ ἀποσφάττει. δικάσαντος δὲ αὐτοὺς τοῦ Ἀγαμέμνονος ὕστερον, καὶ τοῦ Πολυμήστορος πολλὰ περὶ τῆς σφαγῆς Πολυδώρου διαπλασαμένου, Ἑκάβη περιεγένετο ἐλέγξασα αὐτὸν, ὡς τοῦ χρυσοῦ χάριν καὶ οὐχ ὧν προὔτεινε τὸν παῖδα ἀνεῖλε, σύμψηφον σχοῦσα καὶ Ἀγαμέμνονα.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν τῇ ἀντιπέραν τῆς Θρᾴκης Χεῤῥονήσῳ· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν αἰχμαλωτίδων Τρῳάδων συμμαχησουσῶν τῇ Ἑκάβῃ.

Α Λ Λ Ω Σ.

Μετὰ τὴν Ἰλίου πολιορκίαν οἱ μὲν Ἕλληνες εἰς τὴν ἀντιπέραν Τρῳάδος Χεῤῥόνησον καθωρμίσθησαν· Ἀχιλλεὺς δὲ νυκτὸς ὁραθεὶς σφαγῆναι ἠξίου μίαν τῶν Πριάμου θυγατέρων. οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες τιμῶντες τὸν ἥρωα Πολυξένην ἀποσπάσαντες Ἑκάβης ἐσφαγίασαν· Πολυμήστωρ δὲ ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς ἕνα τῶν Πριαμιδῶν Πολύδωρον κατέσφαξεν. εἰλήφει δὲ τοῦτον παρὰ τοῦ Πριάμου ὁ Πολυμήστωρ εἰς παρακαταθήκην μετὰ χρη-

μάτων. ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως, κατασχεῖν αὐτοῦ βουλόμενος τὸν πλοῦτον φονεύειν ὥρμησεν, καὶ φιλίας δυστυχοῦς ὠλιγώρησεν. ἐκριφέντος δὲ τοῦ σώματος εἰς τὴν θάλασσαν, τὸ κλυδώνιον πρὸς τὰς τῶν αἰχμαλωτίδων σκηνὰς αὐτὸν ἐξέβαλεν. Ἑκάβη δὲ τὸν νεκρὸν θεασαμένη ἐπέγνω· κοινωσαμένη δὲ τὴν γνώμην Ἀγαμέμνονι Πολυμήστορα σὺν τοῖς παισὶν αὐτοῦ ὡς ἑαυτὴν μετεπέμψατο, κρύπτουσα τὸ γεγονός, ὡς θησαυροὺς ἐν Ἰλίῳ μηνύσῃ αὐτῷ· παραγενομένου δὲ τοὺς μὲν υἱοὺς κατέσφαξεν, αὐτὸν δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστέρησεν. ἐπὶ δὲ τῶν Ἑλλήνων λέγουσα τὸν κατήγορον ἐνίκησεν· ἐκρίθη γὰρ οὐκ ἄρχειν ὠμότητος, ἀλλ' ἀμύνασθαι τὸν κατάρξαντα.

ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
λιπών, ἵν' Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν,
Πολύδωρος, Ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς Κισσέως,
Πριάμου τε πατρός, ὅς μ', ἐπεὶ Φρυγῶν πόλιν
κίνδυνος ἔσχε δορὶ πεσεῖν Ἑλληνικῷ,
δείσας ὑπεξέπεμψε Τρωϊκῆς χθονὸς
Πολυμήστορος πρὸς δῶμα, Θρῃκίου ξένου,
ὃς τὴν ἀρίστην Χερσονησίαν πλάκα
σπείρει φίλιππον λαὸν εὐθύνων δορί.
πολὺν δὲ σὺν ἐμοὶ χρυσὸν ἐκπέμπει λάθρα
πατήρ, ἵν', εἴ ποτ' Ἰλίου τείχη πέσοι,
τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου.
νεώτατος δ' ἦν Πριαμιδῶν· ὃ καί με γῆς
ὑπεξέπεμψεν· οὔτε γὰρ φέρειν ὅπλα
οὔτ' ἔγχος οἷός τ' ἦν νέῳ βραχίονι.
ἕως μὲν οὖν γῆς ὄρθ' ἔκειθ' ὁρίσματα,
πύργοι τ' ἄθραυστοι Τρωϊκῆς ἦσαν χθονός,

V. 2. *χωρὶς θεῶν*] Ditis *οἰκία σμερδαλέ', εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ*, Homer. Il. *υ*, 65.

v. 3. „Dymantis, non Cisseos, filiam Hecubam facit Homerus Il. *π*, 718. Sed Euripidem sequitur Virgilius Aen. X, 705, Virgilium ceteri poetae Latini." *Porson.*

v. 6. *ὑπεξέπεμψε*] I. e. *λάθρα ἐξέπεμψε*. Conf. v. 10. 14. Androm. 47: *ὃς δ' ἐστὶ παῖς μοι μόνος, ὑπεκπέμπω λάθρα Ἄλλους ἐς οἴκους*. Cf. ibid. v. 310. Soph. El. 1350.

v. 11 sq. *ἵν' — — εἴη*] Particula finalis optativo consociata, praecedente praesente historico, de quo usu vide Gr. nostr. §. 122. annot. 7. V. C. Fr. R.

v. 13. *ὃ*] I. e. *δι' ὅ*. Rem, ipsam per se satis levem, sed de qua tamen dubitasset Porsonus, dignam iudicaverunt quam assererent viri doctissimi Iacobsius ad Anthol. Pal. p. 333. Reisigius Enarr. ad Soph. Oed.

Ἕκτωρ τ' ἀδελφὸς οὑμὸς εὐτύχει δορί,
καλῶς παρ' ἀνδρὶ Θρῃκί, πατρῴῳ ξένῳ,
τροφαῖσιν, ὥς τις πτόρθος, ηὐξόμην τάλας.
ἐπεὶ δὲ Τροία θ' Ἕκτορός τ' ἀπόλλυται
ψυχή, πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη,
αὐτὸς δὲ βωμῷ πρὸς θεοδμήτῳ πίτνει,
σφαγεὶς Ἀχιλλέως παιδὸς ἐκ μιαιφόνου,
κτείνει με χρυσοῦ τὸν ταλαίπωρον χάριν
ξένος πατρῷος, καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ' ἁλὸς
μεθῆχ', ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ.
κεῖμαι δ' ἐπ' ἀκταῖς, ἄλλοτ' ἐν πόντου σάλῳ,
πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορούμενος,
ἄκλαυστος, ἄταφος· νῦν δ' ὑπὲρ μητρὸς φίλης
Ἑκάβης ἀΐσσω σῶμ' ἐρημώσας ἐμόν,
τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος,
ὅσονπερ ἐν γῇ τῇδε Χερσονησίᾳ
μήτηρ ἐμὴ δύστηνος ἐκ Τροίας πάρα.

Col. p. CLVII. Sic apud Soph. Philoct. 142: *τό μοι ἔννεπε, τί σοι χρεὼν ὑπουργεῖν*. Cf. Hom. Il. γ, 176. τ, 213. Pind. Ol. VI, 56. Pyth. V, 39. Matth. Gr. §. 477. e. Thiersch. Gr. §. 267.

v. 20. „Ex Homerico adumbratum, *ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος.*" *Porson.* Il. σ, 56. vid. Bentlei. ad Horat. Carm. I, 12, 45. Philostratus Heroic. p. 713: *αὐξηθεὶς τε ῥᾷον ἢ τὰ πρὸς ταῖς πηγαῖς δένδρα, πολὺς μὲν ἐν συμποσίοις ᾔδετο, πολὺς δὲ ἐν σπονδαῖς.* Cf. Pind. Nem. VIII, 40.

v. 21 sq. *ἀπόλλυται — — κατεσκάφη — πίτνει*] Saepe in narrationibus modo aoristus ponitur, modo praesens, cuius variationis ea est ratio, ut, quae graviora videantur esse aut tanquam vividiora magis percellant narrantis animum, praesenti tempore exprimantur, res secundariae vero ac levioris momenti aoristo. Sic infra v. 266: *κείνη γάρ ὤλεσέν νιν ἐς Τροίαν τ' ἄγει.* *V. C. Fr. B.*

v. 23. *αὐτὸς*] Scil. *ὁ πατήρ*, quod latet in adiectivo *πατρῴα*. Exposuit de hoc genere Matth. Gr. §. 435. Alia quaedam hic indicabo: Aesch, Pers. 13. Pind. Nem. VIII, 21. Pausaniae locum X, 23, 5. adscripsi ad Med. 1172. Lucianus Ver. Hist. II, 33: *εἰςιόντων δὲ ἐς τὴν πόλιν ἐν δεξιᾷ μέν ἐστι τὸ Νυκτῷον· σέβουσι γὰρ θεῶν ταύτην (scil. τὴν Νύκτα) μάλιστα.* Ad rem cf. Virg. Aen. II, 506 sqq.

v. 25. *κτείνει — κτανὼν*] Phoen. 22: *ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα, καὶ σπείρας βρέφος* etc. Herc. F. 33: *κτείνει Κρέοντα, καὶ κτανὼν ἄρχει χθονός.* Neque alieni ab hac ratione Latini scriptores. Vid. Marklandi Explicatt. vett. aliquot auctt. p. 313 ed. Lips.

v. 27. *ἵν' — ἔχῃ.*] De coniunctivi post praeterita usu tirones videant Rostii Gr. §. 122. annot. 4. Matth. §. 518. p. 993. Thiersch. §. 342.

v. 28. Prius *ἄλλοτε* suppressum est, ut apud Sophoclem Trach. 11. aliisque locis, quos

πάντες δ' Ἀχαιοὶ ναῦς ἔχοντες ἥσυχοι
θάσσουσ' ἐπ' ἀκταῖς τῆςδε Θρηκίας χθονός·
ὁ Πηλέως γὰρ παῖς ὑπὲρ τύμβου φανεὶς
κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικὸν
πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην·
αἰτεῖ δ' ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν Πολυξένην
τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα καὶ γέρας λαβεῖν.
καὶ τεύξεται τοῦδ', οὐδ' ἀδώρητος φίλων
ἔσται πρὸς ἀνδρῶν· ἡ πεπρωμένη δ' ἄγει
θανεῖν ἀδελφὴν τῷδ' ἐμὴν ἐν ἤματι.
δυοῖν δὲ παίδοιν δύο νεκρὼ κατόψεται
μήτηρ, ἐμοῦ τε τῆς τε δυστήνου κόρης.
φανήσομαι γάρ, ὡς τάφου τλήμων τύχω,
δούλης ποδῶν πάροιθεν ἐν κλυδωνίῳ.
τοὺς γὰρ κάτω σθένοντας ἐξῃτησάμην
τύμβου κυρῆσαι κεἰς χέρας μητρὸς πεσεῖν.
τοὐμὸν μὲν οὖν ὅσονπερ ἤθελον τυχεῖν

congessit Schaeferus ad L. Bos. p. 753. Ceterum comparari potest Hom, Od. α, 161: ἀνέρος, οὗ δή που λεύκ' ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ Κείμεν' ἐπ' ἠπείρου, ἢ εἰν ἁλὶ κῦμα κυλίνδει.

v. 29. διαύλοις κυμάτων] Reciprocis fluctibus, ut bene interpretatur Schneid. in Lex. De διαύλῳ, qui habet duplicem stadii mensuram, vid. Spanh. ad Callim. L. P. 23. p. 627. Translate de muliere, quae relicto marito ad parentes revertitur, Anaxandrides apud Stobaeum Floril. Gaisf. Vol. III. p. 57 ed. Lips.: ὁ γὰρ δίαυλός ἐστιν αἰσχύνην ἔχων. [Cf. Matthaei ad Io. Chrysost. Homil. IV. p. 90.]

v. 30. Soph. Antig. 29: ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς βοράν.

v. 31. Notanda solutio primae syllabae in verbo ἀΐσσω, quod vulgo αἴσσω, ᾄσσω pronuntiabant Attici. V. Matth. Gr. §. 50. p. 118.

v. 32. τριταῖον] Pro τρίτον. Sic etiam in Hipp. 275: πῶς δ' οὔ, τριταίαν γ' οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν; Vid. Hermann. ad Vig. p. 720, 61.

v. 39. εὐθύνοντας] Refertur ad στράτευμα, i. e. στρατιώτας. Soph. Phil. 356: καί μ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς Ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ' ὀμνύντες βλέπειν Τὸν οὐκ ἔτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν. Cf. Rhes. 44. Matth. Gr. §. 434, 2.

v. 41. τύμβῳ] Dativus commodi, quem dicunt; ut Iph. T. 243: θεᾷ φίλον πρόσφαγμα καὶ θυτήριον Ἀρτέμιδι. — γέρας λαβεῖν rectius quam, quod Porsono placebat, λαχεῖν dicitur; quippe non sorti cessit Polyxena, sed ex decreto Achivorum ad tumulum Achillis immolata est. Cf. prooem. p. 13.

v. 45. Singulare quoddam acumen quaerunt Tragici in numerorum aut parium consociatione aut disparium oppositione. Cf. modo huius fabulae v. 120 ss. 896. Orest. 1536. Androm. 516.

v. 51. Ordinem verborum hunc

ἔσται· γεραιᾷ δ' ἐκποδὼν χωρήσομαι
Ἑκάβῃ· περᾷ γὰρ ἥδ' ὑπὸ σκηνῆς πόδα
Ἀγαμέμνονος φάντασμα δειμαίνουσ' ἐμόν.
φεῦ·
ὦ μῆτερ, ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων
δούλειον ἦμαρ εἶδες, ὡς πράσσεις κακῶς,
ὅσονπερ εὖ ποτ'. ἀντισηκώσας δέ σε
φθείρει θεῶν τις τῆς πάροιθ' εὐπραξίας.

ΕΚΑΒΗ.

ἄγετ', ὦ παῖδες, τὴν γραῦν πρὸ δόμων,

v. 60. Aldus et pars codicum *τὴν ὁμόδουλον νῦν*, unde Porsonus, rectius existimans inter se opponi *νῦν* et *πρόσθε*, deleto articulo edidit *νῦν ὁμόδουλον*, coll. v. 809. Andr. 64. Qui loci eo differunt ab hoc, quod *ποτέ* et *πρόσθε* praecedunt, *νῦν* sequitur, ut ibi quidem omitti *νῦν* non potuerit, hic facile subaudiatur. Atque abest haec vox a multis codd. Soloecam tamen orationem fieri sublato articulo, quod opinatur Matthiaeus, haud equidem dixerim.

v. 62. Post *μου* addebatur *δέμας*, quod, quum versus mensuram excurreret, auctoritate librorum deletum est.

esse existimo: *τὸ ἐμὸν μὲν οὖν (τὸ) τυχεῖν, ὅσονπερ ἤθελον, ἔσται.* Cf. Alc. 1132: *ἔχεις γὰρ πᾶν, ὅσονπερ ἤθελες.* Neglecta est autem in verbis *ὅσονπερ ἤθελον* attractio, qua de re monitum ad Medeam v. 753.

v. 53. *ὑπὸ σκηνῆς*] Ex tentorio. Praepositionem enim hanc etiam cum verbis motum significantibus coniungi docuit ad h. l. Hermannus. Cf. Matth. Gr. §. 592. p. 1186. Eandem reposui ego infra v. 665. ex librorum vestigiis; in Iph. T. v. 1256. Seidlerus.

v. 55. *ἐκ τυραννικῶν δόμων*] Post regalis domus splendorem. El. 305: *ὑπὸ στέγαισί τε Οἵαισι ναίω βασιλικῶν ἐκ δωμάτων.* Troad. 494: *κἀν πέδῳ κοίτας ἔχειν Ῥυσοῖσι νώτοις βασιλικῶν ἐκ δεμνίων.* Cf. infra v. 915. 1160. Heind. ad Plat. Protagor. §. 4. — *Δούλειον ἦμαρ τὴν δουλείαν* dixit Homeri exemplo, apud quem est etiam *ἐλεύθερον ἦμαρ, νόστιμον ἦμαρ.* Vid. Hemsterh. ad Callim. h. Del. 128. Cf. Nostri Androm. 99. Rhes. 991.

v. 57. *ὅσονπερ εὖ ποτ'*] Scil. *ἔπραξας.* Infra v. 519: *νῦν τε γὰρ λέγων κακὰ Τέγξω τόδ' ὄμμα, πρὸς τάφῳ θ', ὅτ' ὤλλυτο,* scil. *ἔτεγξα.* Lysias pro bonis Aristoph. §. 32: *πρὸς δὲ τούτοις καὶ πρότερον πρὸς τοὺς συνδίκους καὶ νῦν ἐθέλομεν πίστιν δοῦναι.* — Quae sequuntur sic construenda sunt: *ἀντισηκώσας τῆς πάροιθ' εὐπραξίας θεῶν τίς σε φθείρει,* id est: vices rependens prioris felicitatis aliquis deorum te pessumdat.

v. 59 sqq. Hecuba, senio miseriisque confecta, quum infaustis somniis perturbata esset, procedit ope Troianarum mulierum, quae incolumi urbe servae ipsius fuerant. — *τὴν ὁμόδουλον.* Communis sors benevolentiam simul et miserationem excitat. Androm. 64: *ὦ φιλτάτη σύνδουλε,*

ἄγετ᾽, ὀρθοῦσαι τὴν ὁμόδουλον,
Τρῳάδες, ὑμῖν, πρόσθε δ᾽ ἄνασσαν.
λάβετε, φέρετε, πέμπετ᾽, ἀείρετέ μου
γεραιᾶς χειρὸς προςλαζύμεναι·
κἀγὼ σκολιῷ σκίπωνι χερὸς
διερειδομένα σπεύσω βραδύπουν
ἤλυσιν ἄρθρων προτιθεῖσα.
ὦ στεροπὰ Διός, ὦ σκοτία νύξ,
τί ποτ᾽ αἴρομαι ἔννυχος οὕτω

v. 68 sqq. Antistrophica haec esse, quae sequuntur usque ad v. 99, indicavit Seidlerus apud Hermannum de usu antistr. p. X, estque adeo et responsionis ratio perspicua, et quae mutantur, contra quam fieri solet in revocandis ad antistrophicorum leges Tragicorum carminibus, tum pauca sunt, tum sua se facilitate commendant, ut, nisi visum esset constantius prorsus abstinere ab hoc negotio quam aut attingere quaedam, alia praetermittere, aut metrorum rationi servientem vilipendere auctoritatem librorum MSS., haud cunctanter recepturus fuerim quam proposuit Seidlerus descriptionem. Cuius haec forma est: *στρ. α΄.* vv. 68—72.

σύνδουλος γὰρ εἶ Τῇ πρόσθ᾽ ἀνάσσῃ τῇδε, νῦν δὲ δυςτυχεῖ.

v. 62. In primum dimetri anapaestici locum admisit proceleusmaticum, quum numeris, ut in tanto animi motu, liberioribus utatur, qui quidem etiam neglectam caesuram patiuntur, ut mox v. 98. — Deinde iunge *γεραιᾶς χειρός μου*, nam enclitica haud raro praecedit id vocabulum, unde pendet; ut infra v. 277. Hipp. 1154. aliisque locis, quos indicaverunt Matthiaeus ad h. l. et Elmsleius ad Iph. T. 940. — *γεραιᾶς* mediam syllabam corripit, ut *παλαιός* El. 497. *δείλαιος* apud Aristoph. Plut. 851. Nub. 1471. cf. Iacobs ad Athen. p. 113. [ad Anth. Pal. p. 263 et 361.] *πατρῷος* v. 82. atque alibi haud raro, etsi hoc quidem expulsum saepe a viris doctis et cum *πάτριος* commutatum est. Conf. Thiersch. Gr. p. 411. Matth. Gr. p. 75. Boeckh. not. crit. ad Pind. Pyth. VIII, 56. Structuram verborum *χειρὸς προςλαζύμεναι* illustravit Valckenarius ad Theocr. IV, 35. Cf. infra v. 523. 543. Pind. Pyth. IX, 126: *παρθένον κεδνὰν χερὶ χειρὸς ἑλών.*

v. 65. *σκολιῷ σκίπωνι χερὸς*] *Σκίπων* s. scipio, baculus natura rectus est; igitur quum manum, cui tanquam scipioni ac fulcro inniteretur Hecuba, diceret *σκίπωνα χερός*, ad leniendam metaphorae insolentiam adiecit *σκολιός*. Rationem dicendi aperuit Blomfieldius gloss. ad Aesch. Agam. 81. Cf. etiam Reisigii Enarr. in Soph. Oed. C. p. CXVIII.

v. 66 sq. *σπεύσω — — προτιθεῖσα*] Iunge: *σπεύσω προτιθεῖσα βραδύπουν ἤλυσιν ἄρθρων.* In his *βραδύπουν ἤλυσιν ἄρθρων* poetice dictum pro *βραδεῖαν βάσιν ἄρθρων* vel *ποδῶν.* Sensus: festinabo, quantum licet per pedes senio graves. V. C. Fr. R.

v. 68. *στεροπὰ Διός*] Lux diei, ut v. 709: Διὸς φάος-

δείμασι, φάσμασιν; ὦ πότνια χθών,
μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων,
ἀποπέμπομαι ἔννυχον ὄψιν,
ἃν περὶ παιδὸς ἐμοῦ τοῦ σωζομένου κατὰ Θρῄκην
ἀμφὶ Πολυξείνης τε φίλης θυγατρὸς δι' ὀνείρων
φοβερὰν ὄψιν ἔμαθον, ἐδάην.
ὦ χθόνιοι θεοί, σώσατε παῖδ' ἐμόν,
ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν

στρ. β'. 73—75. ἀντ. α'. 76—81. στρ. γ'. 82—89. ἀντ. β'. 90—92. ἀντ. γ'. 93—99 ed. Barn. Rescripsit autem de coniectura v. 69: τί ποτ' ἄρ' αἴρομαι (cf. Iph. T. 399. Philem. Fragm. inc. XXIV. 1.); v. 75 sq.: δι' ὀνείρων Φοβερὰν ὄψιν ἴδον, ἔμαθον, ἐδάην. Libri fere eiusmodi lectionem habent: δι' ὀνείρων εἶδον. Εἶδον γὰρ φοβερὰν ὄψιν, ἔμαθον, ἐδάην. Sed alii prius εἶδον, alii posterius omittunt; unde utrumque delevit Matthiaeus. Denique v. 93. οἰκτρῶς Seidlerus geminavit.

v. 70. ὦ πότνια χθών. Aug. a. ὦ πότνια νύξ. Flor. 21. in marg. γρ. νὺξ καὶ γῆ pro πότνια χθών. Scilicet eadem res illis, qui istas commenti sunt emendationes veteris ac genuinae scripturae, offensioni fuit ac Wakefieldio et Porsono, quorum ille v. 71. transferendum coniecit in superiorem locum, ut sequeretur statim post illa ὦ σκοτία νύξ: Porsonus transponenda suspicatus est illa hemistichia, ὦ σκοτία νύξ, ὦ πότνια χθών. Vulgatam lectionem tuentur Schol. Aristoph. Ran. 1366. Eustath. ad Il. β. p. 173, 16. Od. τ. p. 1877, 53. Vide annotationem.

Sophoclis locum, Trach. 99, citavit Hermannus, ubi Sol dicitur λαμπρᾷ στεροπᾷ φλεγέθων.

v. 70. Noctem Somniorum matrem prodiderunt Hesiodus Theog. 212. et ipse Euripides apud Aristoph. Ran. 1366, quanquam qui ibi Hecubam Tragici respici censet Scholiastes haud dubie fallitur. Sed Terram eorundem parentem dixit praeter hunc locum etiam in Iph. T. 1261: νύχια χθὼν τεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων. Rationem autem, cur tantopere non ab aliis tantum, sed a semet ipso dissideat Euripides, duplicem afferre possumus. Χθὼν enim, ut saepe, de locis inferis intelligendum est. Igitur aut illud sequutus est, quod tradidit Homerus Od. ω, 12, habitare in illis locis δῆμον ὀνείρων: aut, *quam atra ac funesta omnia Orcus gignere dicatur* (cf. ad Med. v. 981.), eodem quae dira atque infausta Hecubae portenderant somnia edita esse finxit. — μελανοπτερύγων. Infra v. 704: φάσμα μελανόπτερον, credo quod nocturna quiete visum esset. Tibull. II, 1, 90: somnia nigra. Cf. Vossii Epistolas argumenti mythologici Vol. II. p. 35 sq.

v. 72. ἀποπέμπομαι] Abominor: quo sensu vulgo dicitur ἀποδιοπομπεῖσθαι. V. Ruhnken. ad Tim. p. 40. Wyttenb. ad Plutarchi Mor. p. 73. D. T. I. p. 267.

v. 78—80. Sensus est: servate filium meum, qui solus superstes est, idemque tanquam ancora ac firmamentum domus meae est. Obiiciat forsitan aliquis non esse solum superstitem

τὴν χιονώδη Θρῄκην κατέχει
ξείνου πατρῴου φυλακαῖσιν.
ἔσται τι νέον·
ἥξει τι μέλος γοερὸν γοεραῖς.
οὔποτ' ἐμὰ φρὴν ὧδ' ἀλίαστος
φρίσσει, ταρβεῖ.
ποῦ ποτε θείαν Ἑλένου ψυχὰν
ἢ Κασάνδρας ἐσίδω, Τρῳάδες,

v. 79. Quam receperat Porsonus coniecturam Reiskii, ἄγκυρ' ἄτ' ἐμῶν, quod τε parum eleganter insertum videretur, eam inutilem esse allatis, ubi similiter tertium locum illa particula tenet, exemplis docuerunt Hermannus ad h. l. Elmsleius ad Iph. T. 199. Reisigius Comm. crit. ad Soph. Oed. Col. p. 257. cf. infra v. 426. Quanquam is, quem postremum nominavi, Reisigius sanam esse vulgatam scripturam non putat, sed, inelegantem arbitratus ipsam copulationem notionum per particulam, legi iubet ἄγκυρ' ἔτ' ἐμῶν. Quod equidem facile probarem, si ea res solo elegantiae iudicio contineri videretur. Nunc, ut opinor, aliud dicere voluisse poetam finxit Reisigius, aliud voluit Euripides. Vide annot.

v. 88. Κασάνδραν ex quibusdam MSS. praetulit cum Kingio Porsonus. „Helenum enim, inquit, mortuum fingere in hac fabula videtur Euripides:" quod unde collegerit, iuxta ego ignoro ac Matthiaeus; nisi forte fefellit virum doctissimum v. 79, ubi solum sibi servatum esse Polydorum Hecuba memorat.

Polydorum, sed vivere etiam Helenum, coll. v. 87. Quid igitur facies v. 810, ubi ἄπαιδα se Hecuba dicit, quamvis eodem Heleno ac Cassandra vivis? quid Sophoclis Antig. v. 941, ubi superstite Ismene Antigonam chorus τὴν βασιλίδα μούνην λοιπὴν vocat? Nimirum, quae animo dolore perturbato dicuntur, eorum non est tanquam ad amussim veritas exigenda. — De particula τε secundo vocabulo subiecta monitum in annotatione critica et ad Med. v. 752. Ceterum apte comparavit Porsonus Sophoclis locum apud Brunck. Lex. Soph. p. 47: ἀλλ' εἰσὶ μητρὶ παῖδες ἄγκυραι βίου. [Heliodor. IV, 19. p. 169: Χαρίκλειά μοι βίος ἦν — Χαρίκλεια μόνη παραψυχὴ καὶ ὡς εἰπεῖν ἄγκυρα. F. I.]

v. 81. χιονώδη] Androm. 215: ἀμφὶ Θρῄκην χιόνι τὴν κατάῤῥυτον.

v. 82. πατρῴου] Vid. ad v. 62. Hom. Od. α, 175: ἢ καὶ πατρώϊός ἐσσι ξεῖνος. Il. ζ, 215: ἦ ῥά νύ μοι ξεῖνος πατρώϊός ἐσσι παλαιός.

v. 83. Notanda est syllaba anceps in fine monometri anapaestici, qui est idem sententiae. V. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 373.

v. 85. ἀλίαστος] V. Buttmann. Lexil. I. p. 72 sqq.

v. 87. θείαν] I. e. μαντικήν, divini furoris plenam. V. Heind. ad Plat. Phaedr. §. 22. De eodem Heleno Virgilius Aen. III, 373: atque haec deinde canit divino ex ore sacerdos. Οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος dicitur ab Hom. Il. ζ, 76. Cf. Soph. Philoct. 604.

ὥς μοι κρίνωσιν ὀνείρους;
εἶδον γὰρ βαλιὰν ἔλαφον λύκου αἵμονι χαλᾷ
σφαζομέναν, ἀπ' ἐμῶν γονάτων σπασθεῖσαν ἀνάγκᾳ
οἰκτρῶς. καὶ τόδε δεῖμά μοι.
ἦλθ' ὑπὲρ ἄκρας τύμβου κορυφᾶς
φάντασμ' Ἀχιλέως,
ᾔτει δὲ γέρας τῶν πολυμόχθων
τινὰ Τρωϊάδων.
ἀπ' ἐμᾶς οὖν, ἀπ' ἐμᾶς τόδε παιδὸς
πέμψατε, δαίμονες, ἱκετεύω.

ΧΟΡΟΣ.

Ἑκάβη, σπουδῇ πρός σ' ἐλιάσθην
τὰς δεσποσύνους σκηνὰς προλιποῦσ',
ἵν' ἐκληρώθην καὶ προςετάχθην
δούλη, πόλεως ἀπελαυνομένη

v. 112. Libri *οἶσθ' ὅτε*. Canteri coniecturam *οἶσθ' ὅτι*, probatam a Musgravio, in textum intulit Brunckius, quem sequuti sunt alii.

v. 118. Vulgo *συνέπεσε*. Emendavit ex coniectura Musgra-

v. 89. *κρίνωσιν*] De numero verbi vid. Matth. Gr. §. 304. not. 3.

v. 90. *βαλιὰν*] Interpretis vicem ipse praestat Euripides Iphig. A. 221 (ubi de Eumeli equis): *τοὺς μὲν μέσσους ζυγίους λευκοστίκτῳ τριχὶ βαλιούς*. Cf. Etymol. M. c. 186, 26. Versu seq. notandus usus participiorum *σφαζομέναν — σπασθεῖσαν*: vidi, quum a meis genibus abrepta caederetur. Andocides c. Alcib. §. 21: *ὁρῶντες Ταυρέαν τοσαῦτα μὲν χρήματα ἀναλώσαντα προπηλακιζόμενον*. Cf. Herc. F. 1326 sq.

v. 96 sq. De hoc loco dictum est in prooemio.

v. 100 sqq. Chorus Troianarum mulierum nuntium affert consilii, quod de Polyxena post maximam principum contentionem ceperint Achivi, et, ut abripiat virginem, affuturum eundem, qui illius decreti auctor suasorque exstiterat, Ulixem.

v. 105. In vocabulo *δοριθήρατος* abundat, adiectis illis *λόγχης αἰχμῇ*, prior compositionis pars: quod genus pleonasmi admodum frequens est apud Tragicos. Noster Bacch. 571: *τὸν τᾶς εὐδαιμονίας ὀλβοδόταν*. Phoen. 328: *ἄπεπλος φαρέων*, ubi consulendus Valckenaerius, El. 310: *ἀνέορτος ἱερῶν*. Eiusdem generis similitudinem referunt haec Aeschyli Prom. 791: *οὐ γὰρ ῥητὸν αὐδᾶσθαι τόδε*, et quae comparavit Blomfieldius: poterat meminisse etiam Homer. Odyss. δ, 704: *ἀμφασίη ἐπέων*.

v. 112. Nihil sane, si significandi vim et usum loquendi spectes, a vernacula Graecorum discrepat oratio, quum dicunt *οἶσθ' ὅτε*, ubi exspectabas *οἶσθ' ὅτι*. Nam quicquid est illud discriminis, quod inter utramque formulam intercedit, id non in re ipsa positum est, sed in cogitandi ratione. *Ὅτι* simpliciter rem indicat, *ὅτε* tempus rei, non eius, quae nihil afferat nisi notam quan-

τῆς Ἰλιάδος, λόγχης αἰχμῇ
δοριθήρατος πρὸς Ἀχαιῶν,
οὐδὲν παθέων ἀποκουφίζουσ',
ἀλλ' ἀγγελίας βάρος ἀραμένη
μέγα, σοί τε, γύναι, κῆρυξ ἀχέων.
ἐν γὰρ Ἀχαιῶν πλήρει ξυνόδῳ
λέγεται δόξαι σὴν παῖδ' Ἀχιλεῖ
σφάγιον θέσθαι· τύμβου δ' ἐπιβὰς
οἶσθ' ὅτε χρυσέοις ἐφάνη ξὺν ὅπλοις,
τὰς ποντοπόρους δ' ἔσχε σχεδίας,
λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας,
τάδε θωΰσσων,
ποῖ δή, Δαναοί, τὸν ἐμὸν τύμβον
στέλλεσθ' ἀγέραστον ἀφέντες;
πολλῆς δ' ἔριδος ξυνέπαισε κλύδων,

vius et Livineius. V. Praef. Dindorfii ad Lips. edit. Soph. Oed. T. ex recensione P. Elmsleii p. XXIX. Addixerunt tres codd. Flor. Idem mendum ex loco Anaxilae ap. Athen. XIII. p. 558. C. sustulit Casaubonus.

dam temporis, quo respiciendum sit aliam simul actam recordanti, sed illius, cuius in memoriam redeundum est. Atque haud inepte Graeci iudicabant, cui de tempore constaret, eum aliquanto etiam accuratius rem tenere, quam qui actam tantum meminisset. Itaque, si vim magis verborum quam verba ipsa reddere velis Latino sermone (potest autem hoc etiam fieri propter simillimum usum loquendi, v. Ramshorn. Gr. Lat. p. 575. not.), sed si sententiae potius quam verborum interpretationem requiras, eiusmodi quid significavit Euripides: meministi Achillem, qualis fuerit, quidve egerit, quum supra tumulum apparuisset. Id praeclare docet locus Thucydidis II, 21: *μεμνημένοι καὶ Πλειστοάνακτα, ὅτε ἐσβαλὼν τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα — ἀνεχώρησε πάλιν*: ad quem locum notavit in Eclogis historicis Wyttenbachius p. 366. Alia ad Euripidem indicavit Porsonus. Utriusque copiis usus Matthiaeus Gr. Gr. §. 624. de suo penu adiecit nonnulla, unde locum promam Xenophontis Cyrop. I, 6, 8, in quo quum coniunctum quodammodo sit utrumque, *οἶσθ' ὅτε* et *οἶσθ' ὅτι*, facile intelligas vere a nobis dictum esse, nullo illa ad sensum discrimine usurpari: *μέμνημαι καὶ τοῦτο, ὅτε σοῦ λέγοντος συνεδόκει καὶ ἐμοὶ ὑπερμέγεθες εἶναι ἔργον τὸ καλῶς ἄρχειν.*

v. 114. *λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας*] I. e. *αἷς* sive *ὧν τὰ λαίφη προτόνοις ἐπερείδεται*. Herodotus I, 180: *τὸ ἄστυ — κατατέτμηται τὰς ὁδοὺς ἰθείας*, id est *αἱ ὁδοὶ τοῦ ἄστεος κατατέτμηνται ἰθεῖαι*. Vid. Matth. Gr. §. 424. 3.

v. 117. *ἀγέραστον*] Vox Homerica: Il. α, 118: *ὄφρα μὴ οἶος Ἀργείων ἀγέραστος ἔω.*

v. 118. *ξυνέπαισε*] Intransi-

δόξα δ' ἐχώρει δίχ' ἀν' Ἑλλήνων
στρατὸν αἰχμητήν, τοῖς μὲν διδόναι
τύμβῳ σφάγιον, τοῖς δ' οὐχὶ δοκοῦν.
ἦν δὲ τὸ μὲν σὸν σπεύδων ἀγαθὸν
τῆς μαντιπόλου βάκχης ἀνέχων
λέκτρ' Ἀγαμέμνων·
τὼ Θησείδα δ', ὄζω Ἀθηνῶν,
δισσῶν μύθων ῥήτορες ἦσαν,
γνώμῃ δὲ μιᾷ ξυνεχωρείτην
τὸν Ἀχίλλειον τύμβον στεφανοῦν
αἵματι χλωρῷ· τὰ δὲ Κασάνδρας
λέκτρ' οὐκ ἐφάτην τῆς Ἀχιλείας
πρόσθεν θήσειν ποτὲ λόγχης.
σπουδαὶ δὲ λόγων κατατεινομένων
ἦσαν ἴσαι πως, πρὶν ὁ ποικιλόφρων,
κόπις, ἡδυλόγος, δημοχαριστὴς

tivam habet potestatem, ut simplex *παίω* apud Aesch. Prom. 855: *θολεροὶ δὲ λόγοι παίουσ' εἰκῇ Στυγνοῖς πρὸς κύμασιν ἄτης*, et alia inde composita: *εἰςπαίειν* Rhes. 560. Soph. Oed. T. 1252. *ἐπειςπαίειν* Aristoph. Plut. 806. Cf. intpp. ad Greg. Cor. p. 403.

v. 119. *δόξα δ' ἐχώρει δίχ'*] Id est, ut loquitur Herodotus VI, 109, *ἐγίνοντο δίχα αἱ γνῶμαι.* Helen. 767: *ἐς ταὐτὸ κἀμοὶ δόξα μάντεων πέρι χωρεῖ γέροντι.* [Aristaen. I. Ep. VI. p. 17:- *δίχα μοι γέγονε τὰ νοήματα.*] Iph. T. 1358: *λόγοι δ' ἐχώρουν.* Fallitur Hermannus ad Vig. §. 211.

v. 121. *δοκοῦν*] Nominativus absolutus. Cf. v. 506. *συνδοκοῦν* Xenoph. Ephes. III, 2. p. 55, 9. Matth. Gr. §. 564.

v. 122. *σπεύδων*] *ἐπιμελούμενος.* Soph. El. 251: *τὸ σὸν σπεύδουσ' ἅμα Καὶ τοὐμὸν αὐτῆς.* Plat. Gorg. p. 455. C: *καὶ ἐμὲ νῦν νόμισον καὶ τὸ σὸν σπεύδειν.* Cf. infra v. 1175. 1201.

v. 123. *βάκχης*] Vatis Cassandrae. Infra v. 676: *τὸ βακχεῖον κάρα τῆς θεσπιῳδοῦ Κασάνδρας.* Eadem *Μαινάς* dicitur El. 1032. Troad. 415. — *ἀνέχων*, colens, honore extollens. Pind. Pyth. II, 88: *χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν, ὃς ἀνέχει ποτὲ μὲν τὰ κείνων, τότ' αὖθ' ἑτέροις ἔδωκεν μέγα κῦδος.* Simillimus locus Sophoclis Ai. 211: *λέγ', ἐπεί σε λέχος δουριάλωτον Στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας*, de quo mihi quidem subtilius quam verius disputare videtur Hermannus ad Oed. Col. p. 150.

v. 125. *τὼ Θησείδα*] Acamas et Demophon, quos, etsi Homero non memoratos, cyclici poetae et tragici celebraverunt. — In verbis *ὄζω Ἀθηνῶν* facile agnoscis Homericae dictionis vestigia.

v. 128. *στεφανοῦν*] I. q. *τιμᾶν.* Vid. Wesseling. ad Diod. Sic. T. I. p. 684. Similis usus verbi *στέφειν* Soph. Antig. 431: *χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει*, et Aiac. v. 93. *στέφανος*, honor, apud Eurip. Herc. F. 1334. — *αἵματι χλω-*

Λαερτιάδης πείθει στρατιὰν
μὴ τὸν ἄριστον Δαναῶν πάντων
δούλων σφαγίων οὕνεκ' ἀπωθεῖν,
μηδέ τιν' εἰπεῖν παρὰ Περσεφόνῃ
στάντα φθιμένων,
ὡς ἀχάριστοι Δαναοὶ Δαναοῖς
τοῖς οἰχομένοις ὑπὲρ Ἑλλήνων
Τροίας πεδίων ἀπέβησαν.
ἥξει δ' Ὀδυσεὺς ὅσον οὐκ ἤδη
πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαστῶν
ἔκ τε γεραιᾶς χερὸς ὁρμήσων.
ἀλλ' ἴθι ναούς, ἴθι πρὸς βωμούς,
ἵζ' Ἀγαμέμνονος ἱκέτις γονάτων·
κήρυσσε θεοὺς τούς τ' οὐρανίδας
τούς θ' ὑπὸ γαῖαν.
ἢ γάρ σε λιταὶ διακωλύσουσ'

ρ ῶ. *χλωρὸν αἷμα* ap. Soph. Trach. 1055. Cicero interpretatus est decolorem sanguinem, rectius vivum Hermannus. Conf. infra v. 537. ibique annot.

v. 132. *λόγων κατατεινομένων*] Plato de Rep. II. p. 367. B: *ἀλλ' ἐγὼ — σοῦ ἐπιθυμῶν ἀκοῦσαι τἀναντία ὡς δύναμαι μάλιστα κατατείνας λέγω.*

v. 134. *κόπις*] Callidus ac veterator. Musgravius confert Lycophr. 763. 1464. Adde Lucian. Conviv. §. 6. T. III. p. 422. Wyttenb. ad Ecl. hist. p. 425. Citat hunc locum propter vocabulum *κόπις* Etym. M. c. 529, 24. Vulgo eiusmodi hominem *δημοκόπον* dicebant, v. Dorvill. ad Charit. I, 5. p. 58 ed. Amst. Huc respexit etiam Eustathius p. 201, 23 ed. Rom.: *δημοχαριστὴς κατὰ τοὺς τραγικοὺς Ὀδυσσεύς.*

v. 143. *ὅσον οὐκ ἤδη*] Thucyd. VI, 34: *οἱ δὲ ἄνδρες καὶ ἐπέρχονται καὶ ἐν πλῷ εὖ οἶδ' ὅτι ἤδη εἰσὶ καὶ ὅσον οὔπω πάρεισι.* Cf. Nostri Bacch. 1076. Matth. Gr. §. 476. not. 1.

v. 144. *πῶλον*] De Polyxena, ut Androm. 621: *κακῆς γυναικὸς πῶλον.* Hipp. 545. de Iole: *τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ πῶλον ἄζυγα λέκτρων.* Similiter *μόσχος* v. 203. 526. Iph. A. 1623.

v. 146. Sollemnis arae et templi in eiusmodi locis coniunctio. Androm. 161: *κοὐδέν σ' ὀνήσει δῶμα Νηρῇδος τόδε, Οὐ βωμὸς οὐδὲ ναός, ἀλλὰ κατθανεῖ.* Ion. 1275: *ἀλλ' οὔτε βωμὸς οὔτ' Ἀπόλλωνος δόμος Σώσει σ'.* Ceterum a praepositione *πρός*, semel posita et alteri e duobus nominibus adiuncta, pendet simul prius substantivum. Helen. 872: *Τροίας δὲ σωθεὶς κἀπὸ βαρβάρου χθονός.* Vide Herm. ad Vig. p. 854. Matth. Gr. §. 595. 4.

v. 149. *τούς θ' ὑπὸ γαῖαν*] Alc. 895: *λῦπαί τε φίλων τῶν ὑπὸ γαῖαν.* Aesch. Eum. 950: *πότνι' Ἐρινὺς παρά τ' ἀθανάτοις τοῖς θ' ὑπὸ γαῖαν*: quos locos indicavit Matthiaeus. Porsonus metri causa contra libros scripsit *γαίας*, quod ne

ὀρφανὸν εἶναι παιδὸς μελέας,
ἢ δεῖ σ' ἐπιδεῖν τύμβον προπετῆ
φοινισσομένην αἵματι παρθένον
ἐκ χρυσοφόρου
δειρῆς νασμῷ μελαναυγεῖ.

ΕΚΑΒΗ.

οἲ 'γὼ μελέα, τί ποτ' ἀπύσω;
ποίαν ἀχώ; ποῖον ὀδυρμόν;

v. 160. *Γενεά* corr. Hermannus. Vulgo *γέννα*, quod, quum ultimam syllabam brevem habeat, versum corrumpit: nisi forte eam adhibendam putas excusationem, quae valet in exclamationibus. Cf. Iph. T. 155, ubi similiter correctum est *γενεά*.

v. 164. *ἤσω* Ald. rell. *ἥσω* Flor. 2. 10. 25. Aug. c. Schol. Ars. Gu. Flor. 21. Aug. ap. Herm., quod, etsi agnoscit etiam Etym. M. 467, 5, recte ut grammaticorum commentum explosit Dindorfius ad Suppl. 699. Veruntamen quum illud etiam obscurum videretur, quo sensu poeta *ἥσω* dixisset, certatim viri docti hunc locum emendare conati sunt. Musgravius coni. *ποῦ δ' ἥσω πόδα; τίς θεῶν* etc., quod recepit Br., *πόδα* a Musgravio adscivit Hermannus, sed idem servavit *ποῦ τις θεῶν*. In Elementis autem doctr. metr. p. 738. emendavit: *ποῖ δ' ἐσθῶ;* eodem sensu, quem vulgatis tribuerat Heathius, coll. Etym. M. p. 483: *ἕω, ὁ μέλλων ἕσω· ὁ παρακείμενος ἧκα· ὁ παθητικὸς ἧσμαι· ὁ ὑπερ–*

imitere cavit Seidlerus de Verss. dochm. p. 82.

v. 151. *ὀρφανὸν παιδὸς*] Structuram usumque vocis haec illustrant exempla: Androm. 308: *τεκέων ὀρφανοὶ γέροντες.* conf. Pind. Ol. IX, 65. El. 914: *ὀρφανὴν φίλου πατρός.* Or. 1136: *νύμφας τ' ἔθηκαν ὀρφανὰς ξυναόρων.*

v. 154. Apte Porsonus comparavit Hom. Il. *β*, 872: *ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ' ἴεν, ἠΰτε κούρη.*

v. 155. Carmen hoc, quod usque ad v. 215. pertinet, ex pluribus constare paribus stropharum et antistropharum, nemo facile rei scenicae peritus dubitet. Illud vero perdifficile dictu est, quid sit ad coniecturam probabilius ex his, quae magna cum opinionum varietate de antistrophica huius fabulae partis descriptione disputaverunt viri docti: nisi quod omnes tanta in addendo, demendo, transponendo licentia utuntur, quantam si quis ad ceteros scriptores attulerit, haud facile temeritatis crimen effugiat. Eo autem magis incerta omnia esse intelligitur, quod qui tractaverunt hoc carmen non solum inter se vehementer dissident, sed secum etiam ipsi pugnant. Etenim, quem principem in hoc genere dicas, Hermannus quum tres proposuerit constituendi carminis rationes, primum in editione huius fabulae, deinde in diss. de usu antistr. p. X, denique in Elem. doctr. metr. p. 738 sq., eae omnes valde inter se dissimiles sunt. Diversam rationem etiam Seidlerus iniit in libro de Verss. dochm. p. 294 sqq., postremo Reisigius in Coniect. I. p. 286 sqq. Quid quaeris? sextam quandam formam ipse concinnaveram, eam–

δειλαία δειλαίου γήρως,
    δουλείας τᾶς οὐ τλατᾶς,
    τᾶς οὐ φερτᾶς· ὤμοι μοι.
τίς ἀμύνει μοι; ποία γενεά,
ποία δὲ πόλις;
φροῦδος πρέσβυς, φροῦδοι παῖδες.
ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν,
στείχω; ποῖ δ' ἥσω; ποῦ τις θεῶν
    ἢ δαίμων ἔστ' ἐπαρωγός;

συντελικὸς ἥσμην· τὸ τρίτον ἧστο καὶ καθῆστο. ἢ ἀπὸ τοῦ ἕημι ὁ μέλλων ἥσω. Quanquam *ἥσω* qui ea notione dixerit, ne ipsi quidem, opinor, grammatici veteres commemorare possint. Longe aliam rationem ingressus est Porsonus, qui quidem in loco Dionysii Hal. de comp. verb. p. 220 ed. Schaef. huiusmodi lectionis sibi visus est vestigia deprehendisse: *Ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν, Στείχω; ποίαν δῆθ' ὁρμάσω; Ποῦ μοι τις θεῶν Ἢ δαίμων ἐστὶν ἀρωγός;* Postremo Reisigius haec verba *στείχω; ποῖ δ'* delevit, coniungens *ποίαν ἢ ταύταν ἢ κείναν ἥσω;*

v. 165. *ἔστ' ἐπαρωγός;* Verbum substantivum haud pauci codices omittunt, in iisque illi, qui *δαιμόνων* praebent, de quo dictum in annotatione. *Ἔστ'* utrum rectius absit necne, iudicari non potest, nisi de stropharum ratione certius constiterit. Hermanno autem iudice Euripides, si posuit hoc verbum, elegantius scripturus fuerat *ἐστὶν ἀρωγός*.

que, ut mihi quidem videbatur, satis probabilem, antequam hoc genus critices ab huius editionis consilio alienum iudicassem. Neque vero, quod fecit Matthiaeus in commentariis criticis, ut singulas virorum doctorum coniecturas commemoraret, idem mihi faciendum videbatur, quandoquidem, id quod maxime expetimus, indicari quum de universa descriptionis ratione, tum de singulis correctionibus, nisi speciem ipsam ac figuram carminis ob oculos positam habeas, haud facile potest. Longe enim maxima pars earum emendationum, quae a metrorum ratione profectae sunt, ita comparata est, ut, quum neque a libris MSS. auctoritatem, neque ex sententiarum conditione necessitatem habeant, tamen ipsa concinnitatis contemplatione se commendare debeant: quae res quam vim habeat, non obscurum est ei, qui veterum poetarum in hoc genere diligentiam cognorit. Itaque satis habemus indicasse libros, quos adeat lector talium rerum studiosus. Codicum tamen lectiones, si quae memorabiles viderentur, et coniecturas virorum doctorum eas, quae non ad solam numerorum restitutionem pertinerent, diligenter enotavimus. Tironum causa monendum est primarium numerum esse anapaesticum, non eius generis, quod legitimum vocant, sed liberiorem; admixti sunt autem aliquot versus dactylici et dochmiaci.

v. 162. *φροῦδος*] Occidit. Troad. 40: *φροῦδος δὲ Πρίαμος καὶ τέκνα.* Eadem vis verborum *οἴχεσθαι, βεβηκέναι.* De ellipsi verbi *εἶναι* cf. Matth. Gr. §. 306.

v. 164. *ποῖ δ' ἥσω;*] Sequor Seidlerum, qui supplet

ὦ κάκ' ἐνεγκοῦσαι Τρῳάδες, ὦ
κάκ' ἐνεγκοῦσαι
πήματ', ἀπωλέσατ', ὠλέσατ'· οὐκέτι μοι βίος
ἀγαστὸς ἐν φάει.
ὦ τλάμων, ἄγησαί μοι,
πούς, ἄγησαι τᾷ γραίᾳ
πρὸς τάνδ' αὐλάν· ὦ τέκνον, ὦ παῖ
δυστανοτάτας ματέρος, ἔξελθ',
ἔξελθ' οἴκων· ἄϊε ματέρος
αὐδάν, ὦ τέκνον, ὡς εἰδῇς
οἵαν οἵαν
ἀΐω φάμαν περὶ σᾶς ψυχᾶς.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ἰώ,
μᾶτερ, μᾶτερ, τί βοᾷς; τί νέον
καρύξασ' οἴκων μ', ὥστ' ὄρνιν,
θάμβει τῷδ' ἐξέπταξας;

ΕΚΑΒΗ.

ἰώ μοι, τέκνον.

v. 181. *ἰώ μοι, τέκνον.* Sic Flor. 33. Vulgo *ᾤ μοι, τέκνον.* Alii codd. *οἴμοι, τέκνον,* vel *ὤμοι μοι, τέκνον.*
v. 183. Aliquot codd. *ψυχᾶς πέρι*, quod ex v. 177. vel 197. illatum videtur Porsono.

ἐμαυτόν, coll. Lobeckii annotatione ad Soph. Aiac. p. 258 sq., ubi de intransitiva potestate verborum ab *ἰέναι* compositorum agitur. — Mox peius est, quod nonnulli codd. exhibent, *δαιμόνων*. Exquisitioris structurae exemplum suppeditat Electr. v. 1233: *ἀλλ' οἵδε δόμων ὑπὲρ ἀκροτάτων Φαίνουσί τινες δαίμονες ἢ θεῶν Τῶν οὐρανίων.*
v. 166. *κάκ' ἐνεγκοῦσαι*] Malorum nuntiae: quo sensu satis frequens verbum *φέρειν*, ut in Phoen. 1079: *ὦ φίλτατ', ἥκου ξυμφορὰν ἥκεις φέρων;*
v. 172. Ridet hunc locum Aristoph. Nub. 1161, ubi filium Strepsiades compellat his verbis: *ὦ τέκνον, ὦ καῖ, Ἔξελθ' οἴκων, ἄϊε σοῦ πατρός.*

v. 179. *ὥστ' ὄρνιν*] Animal pavore conspicuum. Herc. F. 974: *ἄλλος δὲ βωμόν, ὄρνις ὥς, ἔπτηξ' ὕπο.* Cycl. 407: *ἄλλοι δ' ὅπως ὄρνιθες ἐν μυχοῖς πέτρας Πτήξαντες εἶχον.* Iungenda autem *οἴκων μ' ἐξέπτηξας. Ἐκπτήσσειν* active dixit praeeunte Homero Il. ξ, 40. Ceterum structura similis Ion. 635: *οὐδέ μ' ἐξέπληξ' ὁδοῦ Πονηρὸς οὐδείς.*
v. 182. *φροίμιά μοι κακά*] Usitata haec formula, ubi quis ex alterius initio orationis mala nuntiaturum suspicatur. Troad. 707: *τί δ' ἔστιν, ὥς μοι φροιμίων ἄρχει κακῶν;* cf. Phoen. 1346. Hipp. 568. Dorvill. ad Charit. p. 443.
v. 184. Hom. Il. α, 363: *ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἴδο-*

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

τί με δυςφημεῖς; φροίμιά μοι κακά.

ΕΚΑΒΗ.

αἰαῖ, σᾶς ψυχᾶς.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ἐξαύδα, μὴ κρύψῃς δαρόν.
δειμαίνω, δειμαίνω, μᾶτερ,
τί ποτ' ἀναστένεις;

ΕΚΑΒΗ.

[ὦ] τέκνον, τέκνον μελέας ματρός.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

τί τόδ' ἀγγέλλεις;

ΕΚΑΒΗ.

σφάξαι σ' Ἀργείων κοινὰ
ξυντείνει πρὸς τύμβον γνώμα
Πηλείδα, γέννα.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

οἴμοι, μᾶτερ, πῶς φθέγγει

v. 187. ὦ uncis inclusum est auctore Hermanno.
v. 189—190. κοινὰ — γνώμα P. Vict. Havn. Florr. κοινᾷ — γνώμᾳ Ald. Brub. Herv. 1. 2.

μεν ἄμφω. Mox δειμαίνω, τί ποτ' ἀναστένεις brevius dictum, quum sensus sit: metuo, dum dubito, quid tandem ingemiscas. Explicuit hanc rationem, non neglecto hoc loco, Lobeckius ad Sophoclea illa Ai. 793: ὥςτε μ' ὠδίνειν, τί φῄς.

v. 189—191. Iam olim dubitatum est de lectione et structura huius loci: ac quum γέννα non videretur ita nude positum compellationi Polyxenae inservire posse, revocavit nuper Seidlerus editionum veterum scripturam κοινᾷ γνώμᾳ, coniunxitque Πηλείδα γέννα, i. e. Neoptolemus. Non nego carere nos posse genitivo ad illa πρὸς τύμβον: cuius enim ad tumulum immolanda sit Polyxena, ex eius nomine, quem caedem exsequuturum dicit, facile perspicitur. Illud vere permirum videatur necesse est, unde de Neoptolemo compererit Hecuba, nisi si hoc dicas, iam ante classis in Chersonesum adventum, quum de postulatis Achillis ageretur, neminem esse magis idoneum iudicatum, qui sacrum perficeret, Neoptolemo: postea rem dilatam. Hoc igitur qui probat, per me licet amplectatur alteram lectionem κοινᾷ γνώμᾳ. Nam illud non afferam, quod monet Seidlerus, videri Euripidem non tam Polyxenam respicere quam spectatores, quibus ea res pluribus iam esset enarrata. Ceterum eadem est difficultas in alia quadam ratione, quae in Scholiis

ἀμέγαρτα κακῶν; μάνυσόν μοι,
μάνυσον, μᾶτερ.

ΕΚΑΒΗ.

αὐδῶ, παῖ, δυςφήμους φάμας·
ἀγγέλλουσ' Ἀργείων δόξαι
ψήφῳ τᾶς σᾶς περί μοι ψυχᾶς.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ὦ δεινὰ παθοῦσ', ὦ παντλάμων,
ὦ δυστάνου μᾶτερ βιοτᾶς,
οἵαν οἵαν αὖ σοι λώβαν
ἐχθίσταν ἀῤῥήταν τ'
ὦρσέν τις δαίμων;
οὐκέτι σοι παῖς ἅδ', οὐκέτι δὴ
γήρᾳ δειλαία δειλαίῳ
ξυνδουλεύσω.
σκύμνον γάρ μ' ὥςτ' οὐρειθρέπταν,

v. 194. Vulgo *μάνυσόν μοι, μᾶτερ.* Pronomen, omissum a Vit. Flor. 10., delevit Hermannus. Retinuit Reisigius, in antistrophico autem v. 191. scripsit *Πηλείδα μοι γέννα*, simul compositurus illas turbas, quas de hoc loco moverunt interpretes. Vide annotationem nostram ad v. 189.

v. 201. **ἐχθίσταν** omisit Aug. a. neque agnoscit Schol. Il-

prodita est, quum scribitur *γέννα*, hoc ordine verborum: **κοινὰ γνώμα Ἀργείων ξυντείνει γέννα Πηλείδα σφάξαι σε πρὸς τύμβον.** Interim codicum lectionem non mutavi, quum, possitne *γέννα* pro vocativo haberi necne, certe dubitari queat.

v. 193. **ἀμέγαρτα κακῶν;**] Soph. Oed. Col. 1238: **κακὰ κακῶν.** Cf. Matth. Gr. §. 442. 1. De voc. *ἀμέγαρτος* disputavit Buttmannus Lexil. I. p. 258 sqq. Ceterum non possum, quin commemorem hoc loco satis speciosam coniecturam Reisigii, viri ingeniosi, in Coniect. I. p. 288 sq. Is stropharum, quas descripsit, quartam orditur v. 182, cui quo melius responderet antistropha, primum vv. 195—197. et 189—191. suas invicem sedes *permutare iussit;* deinde v. 188. reiecit ad finem strophae, sed adauctum hoc modo: **τί τόδ' ἀγγέλλεις μοι, μᾶτερ:** qui autem eo loco vulgo legebatur v. 186: **τί ποτ' ἀναστένεις;** transposuit in eum locum, unde alterum expulerat (v. 188.). Comprehenditur igitur stropha δ'. vv. 182—185. 188. antistr. δ'. vv. 187. 186. 195—197. stroph. ε'. vv. 192—194. antistr. ε'. 189—191. Qua de re quae disputavit, eo videntur minus negligenda, quod etiam ex sententiarum nexu petiit argumenta, quibus et narrationis in vulgato versuum ordine perversitatem argueret et transponendi necessitatem demonstraret. Absurdum enim videtur Hecubam, quum vv. 189—191. verbis satis perspicuis Polyxenae consilium Argivorum declarasset, iterum sciscitanti filiae tantum non

μόσχον δειλαία δειλαίαν
εἰσόψει χειρὸς ἀναρπαστὰν
σᾶς ἄπο, λαιμότομόν ϑ' Ἅιδᾳ
γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότον, ἔνϑα νεκρῶν μέτα
τάλαινα κείσομαι.
σὲ μέν, ὦ μᾶτερ δύστανε βίου,
κλαίω πανοδύρτοις ϑρήνοις·
τὸν ἐμὸν δὲ βίον, λώβαν λύμαν τ',
οὐ μετακλαίομαι. ἀλλὰ ϑανεῖν μοι
ξυντυχία κρείσσων ἐκύρησεν.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν Ὀδυσσεὺς ἔρχεται σπουδῇ ποδός,
Ἑκάβη, νέον τι πρὸς σὲ σημανῶν ἔπος.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

γύναι, δοκῶ μέν σ' εἰδέναι γνώμην στρατοῦ
ψῆφόν τε τὴν κρανϑεῖσαν· ἀλλ' ὅμως φράσω.

lud simul vocabulum et, quod voc. ἀῤῥήταν subiectum est, τε delevit Kingius. Deinde ante Porsonum scribebatur ὤρσε.

v. 210. Vulgo ἁ τάλαινα. Articulum deleverunt Seidlerus et Hermannus in Elem. doctr. metr.

v. 211. Vulgo καὶ σὲ μέν, μᾶτερ δύστανε. Codd. nonnulli δυστάνου βίου, unde illud, quod reposui, effecit Hermannus.

v. 212. Blomfieldus ad Aesch. Pers. 935. malit πανδύρτοις.

griphos et aenigmata reddere ac tanquam de re obscura et incerta loqui. Huic igitur perversitati transpositione medetur vir doctissimus: mihi hac quidem de caussa nihil temere novandum esse constat. Ipsa enim illa extremorum verborum obscuritas vel maxime apta videtur matri, quae, quum et suo ipsius dolore oppressa et filiae acriter instantis precibus victa nuntium caedis sibi eripi passa esset, tanta rei atrocitate commota videri debet, mox ut verbis uteretur minus definitis, ac, si verum dicere volumus, ita loqueretur, ut cautam decebat in re nuntiorum fide accepta. Neque illud mirum videri potest, quod Polyxena priorem matris orationem, claram ac disertam, non percipere videtur; post, intellecta re, querelas fundit. Scilicet tam illud inopinatum tamque crudele fuit consilium, ut repetita demum narratione ad credendum adduceretur et magnitudinem periculi ex ipsa illa haesitatione coniectaret.

v. 202. παῖς ἅδ'] I. e. ἐγώ. V. Schaefer. Melet. crit. p. 114.

v. 206. ἀναρπαστὰν] E tua manu raptam ac de medio sublatam. Soph. El. 848: ὃς γὰρ ἔτ' ἦν, φροῦδος ἀναρπασθείς. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 416.

v. 210. κείσομαι] Eximie hoc verbum de mortuis ponitur. Soph. Antig. 76: ἐκεῖ γὰρ ἀεὶ κείσομαι. Eurip. Phoen. 1282: ϑανοῦσι δ' αὐτοῖς συνϑανοῦσα κείσομαι. Suppl. 1063: πόσει γὰρ συνϑανοῦσα κείσομαι.

v. 219. κρανϑεῖσαν] Troad.

ἔδοξ' Ἀχαιοῖς παῖδα σὴν Πολυξένην
σφάξαι πρὸς ὀρθὸν χῶμ' Ἀχιλλείου τάφου.
ἡμᾶς δὲ πομποὺς καὶ κομιστῆρας κόρης
τάσσουσιν εἶναι· θύματος δ' ἐπιστάτης
ἱερεύς τ' ἐπέστη τοῦδε παῖς Ἀχιλλέως.
οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; μήτ' ἀποσπασθῇς βίᾳ
μήτ' ἐς χερῶν ἅμιλλαν ἐξέλθῃς ἐμοί·
γίγνωσκε δ' ἀλκὴν καὶ παρουσίαν κακῶν
τῶν σῶν. σοφόν τοι κἀν κακοῖς ἃ δεῖ φρονεῖν.

ΕΚΑΒΗ.

αἰαῖ· παρέστηχ', ὡς ἔοικ', ἀγὼν μέγας,
πλήρης στεναγμῶν, οὐδὲ δακρύων κενός.
κἀγὼ γὰρ οὐκ ἔθνησκον οὗ μ' ἐχρῆν θανεῖν,

v. 231. L. Dindorfius coni. κἄγωγ' ἄρ': quod nemo esset, cui se aequipararet Hecuba. Est vero. Quanquam ne tum quidem, si reprehendi posset vulgatum κἀγώ, probarem equidem coniecturam Dindorfii, quum in eiusmodi sententia, qualem ille requirit, pronomen abesse, certe quidem eius vim non augeri oportuerit.

779: ὅθι σοι Πνεῦμα μεθεῖναι ψῆφος ἐκράνθη. Androm. 1271: πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν ἥδε πρὸς θεῶν Ψῆφος κέκρανται, κατθανεῖν ὀφείλεται.

v. 223. Iunge: θύματος δὲ τοῦδε ἐπιστάτης etc.

v. 225. **οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον;**] Scisne igitur quid facere te velim? Originem huius dictionis explicuit Hermannus ad Vig. p. 740. ex traiectione verborum, quorum hic ordo esse debuerat: δρᾶσον οἶσθ' ὅ; Exempla vide collecta ab Elmsl. ad Soph. Oed. T. 543. — **ἀποσπασθῇς**, ἀφαιρεθῇς. Sophocl. Oed. Col. 866: ὅς μ', ὦ κάκιστε, ψιλὸν ὄμμ' ἀποσπάσας Πρὸς ὄμμασιν τοῖς πρόσθεν ἐξοίχει βίᾳ. Cf. Troad. 613. Xenoph. Eph. I, 11. p. 20, 14.

v. 227. **γίγνωσκε δ' ἀλκὴν**] Considera, quid virium habeas, id est, reputa omni te destitutam praesidio. Androm. 126: γνῶθι τύχαν, λόγισαι τὸ παρὸν κακόν.

v. 228. **σοφόν τοι**] „Particulam τοι in gnomis amant Tragici." Porson. Vid. Heind. Plat. Protag. p. 597.

v. 231. Ea longe miserrima est conditio, si, cui opitulari et velis et debeas, ei propter tua ipsius mala prodesse nequeas. Ac talis est Hecubae fortuna, quae, quum filiam in vitae discrimen adductam periculo liberare cupiat, tot tantisque se et ipsam miseriis urgeri sentit, ut, quomodo illam ereptura sit, haud facile intelligi possit. Sensus igitur est: Grave instat certamen, quod ego, quae sola Polyxenae salutis spes relinquebatur, et ipsa misera sum.

v. 238. **τοῦ χρόνου γὰρ οὐ φθονῶ**] Hoc vult, si quid ex mora solatii percipere possit Hecuba, id se lubentem illi concedere: decretum Argivorum, vereri, ut labefactare queat. De constructione verbi φθονεῖν cf. Xen. Conviv. I, 12: ἀλλὰ μέντοι, ὦ ἄνδρες, αἰσχρὸν στέγης γε φθονῆσαι. Plat. Protag. p. 327. A. al.

v. 239—241. Auctor narrationis de Ulixe speculatoris habitu

οὐδ' ὤλεσέν με Ζεύς, τρέφει δ', ὅπως ὁρῶ
κακῶν κάκ' ἄλλα μείζον' ἡ τάλαιν' ἐγώ.
εἰ δ' ἔστι τοῖς δούλοισι τοὺς ἐλευθέρους
μὴ λυπρὰ μηδὲ καρδίας δηκτήρια
ἐξιστορῆσαι, σοὶ μὲν εἰρῆσθαι χρεών,
ἡμᾶς δ' ἀκοῦσαι τοὺς ἐρωτῶντας τάδε.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἔξεστ', ἐρώτα· τοῦ χρόνου γὰρ οὐ φθονῶ.

ΕΚΑΒΗ.

οἶσθ', ἡνίκ' ἦλθες Ἰλίου κατάσκοπος,
δυςχλαινίᾳ τ' ἄμορφος, ὀμμάτων τ' ἄπο
φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν;

v. 240, 241. Musgr. coni. *δόλου σταλαγμοί*, Porsonus *φόβου σταλαγμοί*. Hermannus, interpretationem amplexus Iacobsii, tamen, quod sanguinis guttae ex capite, non ex oculis, destillare dicendae fuerint, hoc modo correctum edidit hunc versum: *ὀμμάτων θ' ὑπὸ φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν*, i. e. *ὀμμάτων σταλαγμοὶ ὑπὸ φόνου* (i. q. *μετὰ φόνου*) *σὴν κατέσταζον γένυν*.

Troiam ingresso est Homerus Odyss. δ, 242 sqq. cf. Lycophr. 779 sqq. Vers. 240 sq. scribi poterat: *ὀμμάτων τ' ἄπο φόνου σταλαγμοῖς σὴν καταστάζων γένυν* (cf. Wyttenb. ad Plutarch. T. I. p. 336.), idque ad grammaticam rationem paullo accuratius: nunc, quod alibi etiam fieri observatum est ad Med. v. 11, intulit verbum finitum, ususque simul est alia constructione verbi *καταστάζειν*, qua referretur ad *σταλαγμοί*. Sed hoc levius, nec monuissem, nisi cavendum videretur, ne quem in partes traheret Porsonus, prius *τε* si cui displiceret, legi posse existimans *δυςχλαινίαις ἄμορφος*. Illud haud exiguas interpretum turbas excitavit, quaenam esset his verbis, *ὀμμάτων τ' ἄπο — γένυν*, sententia subiecta. Ac plerique corruptum locum iudicaverunt: quorum coniecturae expositae sunt in Var. Lect. Est vero, me iudice, sanissimus et cum Iacobsio explicandus de corporis laceratione, qua, ne agnosceretur, usus tum erat Ulixes. De Furiis Aeschylus Choeph. 1045: *κἀξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυςφιλές*. Sed hoc loco *ὀμμάτων ἄπο* minus urgendum, neque ipsi magis oculi, quam *τὰ ὑπώπια* intelligenda. Egregie in hanc rem facit Iphig. T. 1373: *ἐφεύγομεν πρὸς κρημνόν, οἱ μὲν ἐν κάρᾳ Κάθαιμ' ἔχοντες τραύμαθ', οἱ δ' ἐν ὄμμασιν*. Is, credo, habitus atque ea deformitas oris verberibus caesi decent hominem infimae sortis, cuius tum falsam speciem *πολύτλας* ille induerat. Sed haec hactenus. Commemoranda est enim interpretatio Schol., quam nuper exornavit Boissonadius, cui assentitur Matthiaeus. *Τὰ δάκρυα*, inquit, *ἃ τότε ὁ Ὀδυσσεὺς ἐδάκρυε φωραθείς, φόνου δάκρυα ἦν· ἔκλαιε γάρ, ἐπειδὴ τὸν περὶ ψυχῆς ἔτρεχεν· ὅθεν καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ αἱμάτινα δάκρυά φαμεν, ἤγουν φονικά*. Proverbialem loquutionem *αἵματι κλαίειν* commemorant Photius Epist. 138. Apostol. Adag. I, 85. Bekker. Anecd. Gr. I. p. 356, 13. Cf. Bast. ad Greg. Co-

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
οἶδ'· οὐ γὰρ ἄκρας καρδίας ἔψαυσέ μου.
ΕΚΑΒΗ.
ἔγνω δέ σ' Ἑλένη, καὶ μόνῃ κατεῖπ' ἐμοί;
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
μεμνήμεθ' ἐς κίνδυνον ἐλθόντες μέγαν.
ΕΚΑΒΗ.
ἥψω δὲ γονάτων τῶν ἐμῶν ταπεινὸς ὤν;
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ὥστ' ἐνθανεῖν γε σοῖς πέπλοισι χεῖρ' ἐμήν.
ΕΚΑΒΗ.
τί δῆτ' ἔλεξας δοῦλος ὢν ἐμὸς τότε;
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
πολλῶν λόγων εὑρήμαθ', ὥστε μὴ θανεῖν.
ΕΚΑΒΗ.
ἔσωσα δῆτά σ' ἐξέπεμψά τε χθονός;
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ὥστ' εἰσορᾶν γε φέγγος ἡλίου τόδε.
ΕΚΑΒΗ.
οὔκουν κακύνει τοῖσδε τοῖς βουλεύμασιν,
ὃς ἐξ ἐμοῦ μὲν ἔπαθες οἷα φῂς παθεῖν,
δρᾷς δ' οὐδὲν ἡμᾶς εὖ, κακῶς δ' ὅσον δύνῃ;

v. 247—250. Verum horum versuum ordinem e cod. Viteb., cui suffragari etiam Gu. et Havn. monuit Matth., restituit Hermannus. Aldus eos hoc ordine ediderat: 249, 50, 47, 48.

v. 265. χρῆν, quod coniecerat Elmsleius ad Heracl. 959, ex cod. Flor. 10. reposuit Matthiaeus. Vulgo χρή.

rinth. p. 583. Ego tamen dubito, an formula ex quotidiano sermonis usu repetita a Tragicorum oratione aliena sit.

v. 242. Memini me id fecisse, quo ne deprehensus morte ausum luerem: neque enim mediocriter haec res me sollicitum habebat. De formula ψαύειν καρδίας cf. ad Med. 55.

v. 245. ταπεινός de supplice, ut Or. 1410: ὄμμα δακρύοις πεφυρμένοι ταπεινοὶ ἕζοντο. Androm. 165: πτῆξαι ταπεινὴν προσπεσεῖν τ' ἐμὸν γόνυ.

v. 246. ὥστ' ἐνθανεῖν γε] Particula γέ et hoc loco et saepe *in responsionibus* ita ponitur, ut et confirmet quod alter dixerat, et novum quid ac saepe maius adiungi indicet. Cf. v. 250. Or. 1122. Phoen. 1353. Plura suppeditant Elmsleius ad Iph. T. 934. et Fritzschius Quaest. Lucian. p. 119 sq. Manus autem dicitur ἐνθανεῖν πέπλοις, quippe tam firmiter inhaerens, ut obriguisse videatur. Magis proprie, sed accommodate tamen ad perspiciendum verbi usum, Achilles Tatius III, 7. p. 64, 27: καὶ ἐοίκασιν ἀποθνήσκειν οἱ δάκτυλοι.

v. 253. ὅσον δύνῃ;] „Magis Attica forma δύνα." Porson. Igitur pro indicativo ha-

ἀχάριστον ὑμῶν σπέρμ', ὅσοι δημηγόρους
ζηλοῦτε τιμάς· μηδὲ γιγνώσκοισθέ μοι,
οἳ τοὺς φίλους βλάπτοντες οὐ φροντίζετε,
ἢν τοῖσι πολλοῖς πρὸς χάριν λέγητέ τι.
ἀτὰρ τί δὴ σόφισμα τοῦθ' ἡγούμενοι
ἐς τήνδε παῖδα ψῆφον ὥρισαν φόνου;
πότερα τὸ χρῆν σφ' ἐπήγαγ' ἀνθρωποσφαγεῖν
πρὸς τύμβον, ἔνθα βουθυτεῖν μᾶλλον πρέπει;
ἢ τοὺς κτανόντας ἀνταποκτεῖναι θέλων
ἐς τήνδ' Ἀχιλλεὺς ἐνδίκως τείνει φόνον;
ἀλλ' οὐδὲν αὐτὸν ἥδε γ' εἴργασται κακόν.
Ἑλένην νιν αἰτεῖν χρῆν τάφῳ προσφάγματα·
κείνη γὰρ ὤλεσέν νιν ἐς Τροίαν τ' ἄγει.
εἰ δ' αἰχμάλωτον χρή τιν' ἔκκριτον θανεῖν
κάλλει θ' ὑπερφέρουσαν, οὐχ ἡμῶν τόδε·
ἡ Τυνδαρὶς γὰρ εἶδος εὐπρεπεστάτη,
ἀδικοῦσά θ' ἡμῶν οὐδὲν ἧσσον εὑρέθη.
τῷ μὲν δικαίῳ τόνδ' ἁμιλλῶμαι λόγον·
ἃ δ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ', ἀπαιτούσης ἐμοῦ,
ἄκουσον. ἥψω τῆς ἐμῆς, ὡς φῄς, χερὸς
καὶ τῆς γεραιᾶς προσπίτνων παρῇδος·
ἀνθάπτομαί σου τῶνδε τῶν αὐτῶν ἐγώ,

v. 269. *εὐπρεπεστάτη*. Brunckius et Wakefieldius malint *ἐκπρεπεστάτη*, sine causa: quanquam haec vocabula saepe a librariis permutari constat. Vid. Valcken. ad Phoen. 171. Blomf. ad Aesch. Pers. 189.

buit: esse autem subiunctivum recte monuerunt Lobeckius ad Phryn. p. 359. et Hermannus ad Soph. Philoct. 798. Sequentia tetigit de abusu eloquentiae in Attica republica disputans Valckenaerius in Diatrib. p. 255. C.

v. 260. *τὸ χρῆν*, pro *χρῆναι*, agnoscit et notat Eustathius ad Odyss. K. p. 1647, 37. Il. I. p. 751, 54.

v. 265. *προσφάγματα*] Notabilis Graecorum consuetudo appositionem ad nomen singularis numeri accommodatam plurali numero proferendi. Orest. 1053: *καὶ μνῆμα δέξαιθ' ἕν, κέδρου τεχνάσματα*, ubi v. Porsonus. Cf. Matth. Gr. §. 431.

v. 268. *ὑπερφέρουσαν*] Xenoph. de rep. Lac. XV, 3: *μήτε δεῖσθαι τῶν μετρίων, μήτε πλούτῳ ὑπερφέρειν*. Cf. ibid. XV, 8. Thucyd. I, 81. Porson. ad h. l.

v. 271. *τῷ —— λόγον*] I. e. *τήνδε τὴν ἅμιλλαν λόγον ἁμιλλῶμαι τῷ δικαίῳ*, cum iure pugno his verbis (gegen das Recht trete ich mit diesen Worten in die Schranken), i. e. his rationibus quod vobis vindicatis ius revincam. Cf. Eur. Hipp. 971: τί ταῦτα σοῖς ἁμιλλῶμαι λόγοις; V. C. Fr. R.

χάριν τ' ἀπαιτῶ τὴν τόθ', ἱκετεύω τέ σε,
μή μου τὸ τέκνον ἐκ χερῶν ἀποσπάσῃς,
μηδὲ κτάνητε. τῶν τεθνηκότων ἅλις·
ταύτῃ γέγηθα κἀπιλήθομαι κακῶν·
ἥδ' ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι παραψυχή,
πόλις, τιθήνη, βάκτρον, ἡγεμὼν ὁδοῦ.
οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών,
οὐδ' εὐτυχοῦντας εὖ δοκεῖν πράσσειν ἀεί.
κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν οὐκ εἴμ' ἔτι,
τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἕν μ' ἀφείλετο.

v. 283. πράττειν multi MSS. πράσσειν unus Flor. cf. Porson. ad Hecub. 8. Vulgo πράξειν.

v. 293. λέγῃ libri omnes cum Gellio N. A. XI, 4. et Stobaeo Floril. Vol. II. p. 215. Sed maximo editorum Euripidis plausu et consensu Mureti (Opp. T. III. p. 593.) et Wassii (in Misc. Obss. II. p. 93.) coniectura λέγῃς comprobata atque in ordinem recepta est: nisi quod nuper vulgatae patrocinium suscepit, qui unus sententiam perspexit, Matthiaeus. Quanquam vellem virum praestantissimum aliis usum argumentis, quibus genuinam esse librorum scripturam et ea ratione interpretandam, quam indicavit, fidem faceret. Nam quod ait, ita saepe a Graecis scriptoribus diversa cum eodem nomine verba coniungi, ut eos sensum magis quam verba ipsa spectasse perspicuum sit, id, tametsi verissime monuit, tamen nisi cuiusque loci naturam consideres, quid est, quod tam inepte dicatur, quin hac ratione defendi possit? Neque vero, quum duplex sit

v. 278. *μηδὲ κτάνητε*] Recte ad pluralem transiit: nam ὁ *ἀποσπάσων* unus est Ulixes, *οἱ ἀποκτενοῦντες* omnes Graeci, quorum consensu caedes decreta erat.

v. 281. Colorem duxisse videtur ex Hom. Iliad. ζ, 429: *Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοί ἐσσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ, Ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης.* Cf. Xenoph. Anab. I, 3, 6. Andocid. de myst. §. 140. Simillimum Euripidis locum apud Alexandrum Rhetorem p. 578, 2. Ald. laudavit Porsonus: *ἀλλ' ἥδε μ' ἐξέσωσεν· ἥδε μοι τροφός, Μήτηρ, ἀδελφή, δμωΐς, ἄγκυρα, στέγη.*

v. 283. Paullo rarius quam aoristus praesentis infinitivus adiungitur verbis *οἶμαι, δοκῶ, νομίζω, ἐλπίζω* aliisque eiusdem *generis, ubi communis usus futurum requirebat.* Ac fit hoc plerumque cum quodam, quamvis levi, sensus discrimine. Velut, quod hoc loco legebatur, *πράξειν* si retineas, refertur sententia ad *τοὺς κρατοῦντας*, qui, si prospera fortuna utantur, haud constantem fore rerum secundarum sortem sperare debeant. Contra si librorum plurimorum auctoritati obsequuti *πράσσειν* legamus, generalior est sententia, qua eos, qui sint felices, non semper aequam habere fortunam existimare iubemur. Simillimus locus Troad. v. 1204: *θνητῶν δὲ μωρὸς ὅςτις εὖ πράσσειν δοκῶν Βέβαια χαίρει.* Alc. 1091: *μῶν τὴν θανοῦσαν ὠφελεῖν τι προςδοκᾷς;* Lysias c. Alcib. II. §. 12: *ὑμᾶς δὲ χρὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας τὴν ψῆφον φέρειν, ἥνπερ ὅτε ᾤεσθε πρὸς τοὺς πολεμίους διακινδυνεύειν.* Isocrat. Archid. §. 69: *μὴ γὰρ οἴεσθ' αὐτοὺς μένειν ἐπὶ τούτοις.*

ἀλλ', ὦ φίλον γένειον, αἰδέσθητί με,
οἴκτειρον· ἐλθὼν δ' εἰς Ἀχαϊκὸν στρατὸν
παρηγόρησον, ὡς ἀποκτείνειν φθόνος
γυναῖκας, ἃς τὸ πρῶτον οὐκ ἐκτείνατε
βωμῶν ἀποσπάσαντες, ἀλλ' ᾠκτείρατε.
νόμος δ' ἐν ὑμῖν τοῖς τ' ἐλευθέροις ἴσος
καὶ τοῖσι δούλοις αἵματος κεῖται πέρι.
τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τὸ σὸν
πείσει· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
κἀκ τῶν δοκούντων αὑτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.

interpretatio verborum κἂν κακῶς λέγῃ, si eam amplectare rationem, quae a plerisque probata est, sententiarum aptus nexus desideratur. Sed hoc unum dicendum erat, quae esset admirabili testium omnium conspiratione confirmata scriptura, eam si quis recte explicaret, nihil offensionis relinqui.

v. 294. πείσει praeter Gellium l. c. omnes; hic autem νικᾷ, non male. Quanquam aptius alterum hoc loco, quum illud praecipue efficere studeat Hecuba, ut eam causam, quam quum maxime suscipi ab Ulixe volebat, ne defugiat aut reformidet.

v. 295. αὑτός. Vulgo αὐτός. Idem error corruperat Soph. El. 916: τοῖς αὑτοῖσί τοι Οὐχ αὑτὸς ἀεὶ δαιμόνων παραστατεῖ, ubi frustra librorum lectionem οὐκ αὐτὸς defendit Buttmannus ad Philoct. 119. Circumspecte de hoc genere mendorum iudicavit Matthiaeus ad Eurip. T. VII. p. 502 sqq.

Anthol. Pal. V, 186: μή με δόκει πιθανοῖς ἀπατᾶν δάκρυσσι, Φιλαινί.

v. 284. κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ'] Cave subaudias ex praecedentibus εὐτυχής vel εὐτυχοῦσα. Potius ipsum verbum εἶναι eam vim habet, ut significet in aliquo numero esse, rebus secundis florere.

v. 286. ὦ φίλον γένειον] Compellatio ducta a more habituque supplicum, quem discas ex Hom. Il. α, 500 sqq. Hinc frequens illa obtestandi formula, πρὸς γενείου vel γενειάδος, infra v. 753. Med. 65. Suppl. 277. Cf. Orest. 290. Androm. 574. cet.

v. 288. φθόνος] ἡ μέμψις, interprete Schol. Aristoph. Plut. 87.

v. 293. Κακῶς λέγειν licebat interpretari in hunc sensum, quo alibi dicitur ἀπιθάνως λέγειν. Sic Troad. 914: ἴσως με, κἂν εὖ κἂν κακῶς δόξω λέγειν, Οὐκ ἀνταμείψει. Quod qui sequuti sunt, his sane necesse erat corrigere librorum lectionem ea ratione, cuius auctores Muretus et Wassius exstiterunt. Etenim quemadmodum recte dicitur τὸ ἀξίωμα τὸ σὸν πείσει, tu pro auctoritate tua persuadebis, ita ineptam habet sententiam illud alterum, τὸ ἀξίωμα τὸ σὸν κακῶς λέγει, parum probabiliter dicis, quatenus magnam auctoritatem habes: nisi si quis de eiusmodi homine loquatur, cuius fidei gravitas officiat, quod caderet in Antiphontem illum Rhamnusium, formidabilis eloquentiae virum, non cadit hoc loco in Ulixem. Alia res est, si verba illa κακῶς λέγειν non de iis accipiamus, quae quis minus diserte dicat, sed de rebus, quae ab eorum, qui audiunt, utilitate ab-

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ ἔστιν οὕτω στεῤῥὸς ἀνθρώπου φύσις,
ἥτις γόων σῶν καὶ μακρῶν ὀδυρμάτων
κλύουσα θρήνους οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἑκάβη, διδάσκου, μηδὲ τῷ θυμουμένῳ
τὸν εὖ λέγοντα δυςμενῆ ποιοῦ φρενί.
ἐγὼ τὸ μὲν σὸν σῶμ', ὑφ' οὗπερ εὐτύχουν,
σώζειν ἕτοιμός εἰμι, κοὐκ ἄλλως λέγω·
ἃ δ' εἶπον εἰς ἅπαντας οὐκ ἀρνήσομαι,
Τροίας ἁλούσης ἀνδρὶ τῷ πρώτῳ στρατοῦ
σὴν παῖδα δοῦναι σφάγιον ἐξαιτουμένῳ.
ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις,
ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ
μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον.

v. 296. *οὐκ ἔστιν* MSS. et edd. Sed *τίς ἔστιν* exstat apud Gregor. Cor. p. 63 ed. Schaef., quod probavit Editor Gregorii et recepit Porsonus. Ne dicam leviorem esse illius grammatici

horreant. Ac fieri hoc posse docuit Matthiaeus coll. Phoen. 1649: *οὐκ, ἦν πονηρά γ' ᾖ κακῶς τ' εἰρημένα.* Iam vero illud etiam recte dicitur, *τὸ ἀξίωμα τὸ σὸν κακῶς λέγει*, siquidem auctoritatis vis non in bonarum tantum rerum commendatione cernitur, sed eadem uti licet vel potius abuti ad malas ac parum commodas obtinendas.

v. 294 sq. Sensus est: Eadem res, quamvis parum ipsa per se commendabilis, facilius tamen probatur, si patronum gravem ac nobilem nacta fuerit, quam si ab ignobilis oratoris prudentia pendeat. Huic enim, quod in tali causa difficillimum est, argumentis vincendum; illius, etiamsi nihil praeter ceteros attulerit, valet auctoritas. *Οἱ δοκοῦντες*, nobiles, ut apud Pind. Nem. VII, 30: *ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἔρχεται κῦμ' Ἀΐδα, πέσε δ' ἀδόκητον ἐν καὶ δοκέοντα.* Noster Troad. 608: *ὁρῶ τὰ τῶν θεῶν, ὡς τὰ μὲν πυργοῦσ' ἄνω Τὸ μηδὲν ὄντα, τὰ δὲ δοκοῦντ' ἀπώλεσαν.* Heracl. 895: *τερπνὸν δέ τι καὶ φίλων ἄρ' εὐτυχίαν ἰδέσθαι τῶν πάρος οὐ δοκούντων.*

v. 296. *οὕτω στεῤῥὸς — ἥτις*] Helen. 501: *ἀνὴρ γὰρ οὐδεὶς ὧδε βάρβαρος φρένας, Ὃς ὄνομ' ἀκούσας τοὐμὸν οὐ δώσει βοράν.* Vid. Schaef. Melet. crit. p. 71. Appar. crit. ad Demosth. T. II. p. 531.

v. 299. *διδάσκου*] Docilem te praebe. Aristoph. Plut. 473: *καὶ σύγε διδάσκου.* — *τῷ θυμουμένῳ*, i. e. *τῷ θυμῷ*, propter iram. Attigit Reisigius Coniect. I. p. 143. cf. Matth. Gr. §. 570. Mox iunge *ποιοῦ φρενί*, existima: *ποιεῖσθαι* enim i. q. *ἡγεῖσθαι.* Thucyd. IV, 82: *Περδίκκαν πολέμιον ποιοῦνται*, hostem iudicant. Sic *δεινὸν ποιεῖσθαι* Herodot. I, 127. Thucyd. I, 102. VI, 60. Plutarch. V. Thes. c. 7. Agathias Histor. II, 10. p. 85, 19 ed. noviss. *οὐκ ἀνασχετὸν ποιεῖσθαι* Thucyd. I, 118.

v. 303 sqq. *ἃ δ' εἶπον — σὴν παῖδα δοῦναι*] Vulgo

ἡμῖν δ' Ἀχιλλεὺς ἄξιος τιμῆς, γύναι,
θανὼν ὑπὲρ γῆς Ἑλλάδος κάλλιστ' ἀνήρ.
οὔκουν τόδ' αἰσχρόν, εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ
χρώμεσθ', ἐπεὶ δ' ἄπεστι, μὴ χρώμεσθ' ἔτι;
εἶεν· τί δῆτ' ἐρεῖ τις, ἤν τις αὖ φανῇ
στρατοῦ τ' ἄθροισις πολεμίων τ' ἀγωνία;
πότερα μαχούμεθ', ἢ φιλοψυχήσομεν,
τὸν κατθανόνθ' ὁρῶντες οὐ τιμώμενον;
καὶ μὴν ἔμοιγε ζῶντι μέν, καθ' ἡμέραν
κεἰ σμίκρ' ἔχοιμι, πάντ' ἂν ἀρκούντως ἔχοι·
τύμβον δὲ βουλοίμην ἂν ἀξιούμενον
τὸν ἐμὸν ὁρᾶσθαι· διὰ μακροῦ γὰρ ἡ χάρις.
εἰ δ' οἰκτρὰ πάσχειν φῄς, τάδ' ἀντάκουέ μου·
εἰσὶν παρ' ἡμῖν οὐδὲν ἧσσον ἄθλιαι

auctoritatem, quam quae librorum omnium testimonia elevare possit, in fragmento codicis Aug. c., quod exhibet Schaeferi annotatio ad Greg. p. 110, 62, recte servatum est *οὐκ*.

supplent *δεῖν*, cuiusmodi ellipsi opus non esse monuit Herm. ad Vig. p. 745. Orest. 269: *οἷς μ' εἶπ' Ἀπόλλων ἐξαμύνασθαι θεάς.* 914: *ὃς εἶπ' Ὀρέστην καὶ σ' ἀποκτεῖναι πέτροις.* Cf. Troad. 718. Iph. T. 85. Thucyd. VI, 29: *ἄλλους ῥήτορας ἐνιέντες, οἳ ἔλεγον νῦν μὲν πλεῖν καὶ μὴ κατασχεῖν τὴν ἀγωγήν.* — *εἰς ἅπαντας.* Suppl. 668: *κῆρυξ δὲ Θησέως εἶπεν ἐς πάντας τάδε.* Vid. Porsoni Adversaria p. 273 ed. Lips.

v. 308. *μηδὲν φέρηται — πλέον*] Orest. 660: *δεῖ γάρ σ', ἐμοῦ πράσσοντος ὡς πράσσω τὰ νῦν, Πλέον φέρεσθαι.* Sic victores dicuntur *τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα φέρεσθαι.* Rhes. 162: *ἄξιον μισθὸν φέρεσθαι*, a quo *μισθὸν φέρειν* Eurip. Bacch. 257. quodam sensus discrimine distinguit Reisig. ad Oed. Col. p. XXVII. Anthol. Palat. V, 108: *καὶ ἐς εἴδεος ὥρην Ἄκρα καὶ εἰς ψυχῆς ἦθος ἐνεγκαμένη.* Singulare illud Parrhasii Ep. I, 4. Anal. Br. II. p. 60: *Ἑλλήνων πρῶτα φέροντα τέχνης.* [Cf. Boisson. ad Eunap. p. 567. Nos in Not. ad Anth. Pal. p. 431. F. I.]

v. 1055. θυμῷ ῥέοντι Ald. et codd. plerique, quod parum recte Musgr. defendit loco Demosth. de corona p. 272: θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν, cuius explicationem pete a Wytten-

non regitur lumine oculorum: cf. Phoen. 841. 1534. 1610. Porson. ad Phoen. 1722. παράφορος, qui incerto ac vago gressu titubat, vid. Ast. ad Plat. Legg. VI, 18. p. 320. Baehr. in Creuzeri Melet. III. p. 5 sq.

v. 1055. θυμῷ ζέοντι Θρ.] Thraci ira fervido. Paullo aliter Soph. Oed. C. 434: ὁπηνίκ' ἔζει θυμός. cf. Iacobs. ad Anthol. Gr. Vol. II. P. II. p. 203.

v. 1056—1084. Ἑτερόστροφον hoc carmen videtur Hermanno Elem. doctr. metr. p. 759 sq. ex duabus strophis, in quibus fines (vv. 1067. 8. et vv. 1082—1084.) sibi respondeant. Pauca contra libros correxit: v. 1060. insertis post ἢ ταύταν verbis ἢ κείναν, v. 1063. admissa, quam nos quoque probavimus, transpositione, quum vulgo scriberetur τάλαιναι, τάλαιναι κόραι Φρυγῶν, v. 1081. addito τε post λινόκροκον, v. 1083. φύλακ' scribendo. Aliquanto plus sibi sumpsit licentiae Seidlerus, qui hoc carmen ex stropha (vv. 1056—1068.), mesodo (vv. 1069. 1070.) et antistropha (vv. 1071—1084.) constare censet, de verss. dochm. p. 275. Sed nescio quo pacto saepius quam tutum credideris verborum utitur transpositione: qua de re quae dicit p. 277. mihi non videntur eam vim habere, ut disceptationem de singulis locis, ubi hanc adhibeas medelam, removeant. Iudicet lector exposita varietate lectionis: v. 1056. ἰώ μοι ἐγώ. – v. 1059. lacunam indicavit post ἴχνος, quam explendam putat voc. ποδῶν annot. ad Troad. 3, v. 1060. add. κείναν post ταύταν. – v. 1063. verba transposita sunt, ut apud Hermannum. – v. 1065. πτώσσουσιν. – v. 1072. τιθέμενος θηρῶν. – v. 1077 sq. σφακτὰν κυσὶ φονίαν τε δαῖτ' ὀρείαν ἀνήμερόν τ' ἐκβολάν. – v. 1080. ποντίοισι.

v. 1057. „Illius voculae (de ὅπα loquitur) alium puto sensum esse, prout alii verbo iuncta sit, idque vel in eodem orationis tenore, ut modo sit quorsum, modo ubi, modo quo pacto: ita quidem intelligo Eurip. Hecub. 1032. (ed. Matth.) πᾶ βῶ, πᾶ στῶ, πᾶ κέλσω, ubi nolim argutari." Boeckh. Explicatt. ad Pind. p. 199. — κέλσαι proprie de navibus, quae portum ingressae aut ad terram appulsae ex salo consistunt: quod

πτώσσουσι μυχῶν;
εἴθε μοι ὀμμάτων αἱματόεν βλέφαρον
ἀκέσαι' ἀκέσαιο τυφλόν, Ἅλιε,
φέγγος ἀπαλλάξας.
ἆ ἆ. σίγα, σίγα, κρυπτὰν
βάσιν αἰσθάνομαι τάνδε γυναικῶν.
πᾶ πόδ' ἐπάξας
σαρκῶν ὀστέων τ' ἐμπλησθῶ,
θοίναν ἀγρίων θηρῶν τιθέμενος
ἀρνύμενος λώβαν,
λύμας ἀντίποιν' ἐμᾶς; ὢ τάλας.
ποῖ, πᾶ φέρομαι τέκν' ἔρημα λιπὼν
βάκχαις Ἅιδου διαμοιρᾶσαι,

bachio ad Plutarchi Mor. T. I. p. 174. θυμῷ ζέοντι Harl. et C. Ruhnk. Ep. crit. II. p. 224. coniecit θυμὸν ζέοντι, quod mihi quidem deterius videtur. Cf. Wakefield. Silv. Crit. Vol. I. P. II. p. 23.

quam apte ad Polymestorem translatum sit, nemo non videt; cf. v. 1080. Similem huius verbi potestatem animadvertere licet etiam in El. 139: Ἄρχει κέλσας πόδ' ἀλάταν. Hipp. 140: θανάτου κέλσαι ποτὶ τέρμα δύστανον.

v. 1059. ἐπὶ χεῖρα, κατ' ἴχνος] Sine copula, quam desiderabat Porsonus absorptam existimans voc. κατ', paullo melius dicuntur, ut in oratione commotiore: quemadmodum apud Terent. Andr. IV, 1, 53: conari manibus, pedibus. Ἴχνος simpliciter pro pede, ut in Anthol. Palat. V, 92: ἤν ποτε καὶ στεφάνους προθύρων ὕπερ ἐκκρεμάσωμαι, Ὀργισθεῖσα πατεῖ τοῖς σοβαροῖς ἴχνεσιν. Adde, quem laudavit Porsonus, Bacch. v. 1132. Nisi, quod non decerno, addendum sit cum Seidlero ποδῶν, vid. ad v. 1056. Ceterum exspectabas eiusmodi fere formam orationis: θηρὸς δίκην βάσιν τιθέμενος (i. e. βαίνων) ἐπὶ χεῖρα, κατ' ἴχνος: aut, ut aliter dicam, βάσιν τιθέμενος bis cogitandum est, primum ad θηρός, deinde ad haec ἐπὶ χεῖρα, κατ' ἴχνος. Quae quod brevius eloquutus est poeta, miris ea res commentis interpretum dedit occasionem, ut et constructionem verborum perturbarent et sollicitarent scripturam sanissimam.

v. 1063. Transpositionem horum verborum idoneis exemplis confirmavit Seidlerus p. 278 sq., in quibus reperias haec ex Med. 1273: ἀκούεις βοάν, ἀκούεις τέκνων; 1282: μίαν δὴ κλύω, μίαν τῶν πάρος.

v. 1066 sqq. Haud inepte, ut caecitati suae medeatur, Solem invocat Polymestor, utpote luminis auctorem.

v. 1071. ἐπάξας] active. Sophocl. Ai. 40: καὶ πρὸς τί δυσλόγιστον ὧδ' ᾖξεν χέρα;

v. 1074. λύμας ἀντίποιν' ἐμᾶς] Appositio haec est ad praecedentem sententiam. Or. 841: σφάγιον ἔθετο ματέρα, πατρῴων παθέων ἀμοιβάν. Iph. A. 233: τὰν γυναικείαν ὄψιν ὀμμάτων ὡς πλήσαιμι, μείλινον ἁδονάν. V. Matth. Gr. §. 432, 5.

v. 1075 sqq. Longius a tentorio digressus, ubi liberorum cadavera reliquerat, vereri incipit Polymestor, ne illa a mulieribus in caedem ac foedissima facinora furentibus (βάκχαις Ἅιδου, conf.

σφακτὰν κυσί τε φοινίαν δαῖτ', ἀνή-
μερόν τ' οὐρείαν ἐκβολάν;
πᾶ στῶ, πᾶ βῶ, πᾶ κάμψω,
ναῦς ὅπως ποντίοις πείσμασι λινόκροκον
φᾶρος στέλλων,
ἐπὶ τάνδε συθεὶς τέκνων ἐμῶν φύλαξ
ὀλέθριον κοίταν;

ΧΟΡΟΣ.

ὦ τλῆμον, ὥς σοι δύςφορ' εἴργασται κακά·
δράσαντι δ' αἰσχρὰ δεινὰ τἀπιτίμια
δαίμων ἔδωκεν, ὅςτις ἐστί σοι βαρύς.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

αἶ αἶ, ἰὼ Θρῄκης
λογχοφόρον, ἔνοπλον, εὔϊππον, Ἄ-
ρει κάτοχον γένος.
ἰὼ Ἀχαιοί, ἰὼ Ἀτρεῖδαι.
βοὰν βοὰν ἀϋτῶ, βοάν·
ὦ ἴτε, μόλετε πρὸς θεῶν.
κλύει τις, ἢ οὐδεὶς ἀρκέσει; τί μέλλετε;
γυναῖκες ὤλεσάν με,

v. 1079. Eo ordine, quem post Herm. et Seidl. probavimus et ipsi, haec verba exhibuit G. Vulgo πᾶ στῶ, πᾶ κάμψω, πᾶ βῶ.

v. 1089. ἔνοπλον Ald. et MSS. recte: versus enim ex tribus creticis constat. Eustathius ad Il. β. p. 358, 32. legit εὔοπλον.

v. 1091. omittit Aug. b.

v. 1093. Libri alii ὦ ἴτε, alii ἰὼ ἴτε. Ald. Flor. 33. ἴτε bis exhibent.

v. 1105. Ἄιδα correxi pro vulg. Ἀΐδα.

Cycl. 397. Ἄιδου μάγειρος), simili credo scelere, ut Orpheum olim ac Pentheum Bacchae laceraverant, discerperentur. Itaque navis instar, contractis quasi velis (λινόκροκον φᾶρος στέλλων) gressum cohibuit, et ad custodienda carissima corpora revertitur. — *Πείσματα* hoc loco non sunt retinacula navis, sed rudentes, ut monuit Schol.

v. 1085. Verte: O miserum te! quam gravia in te perpetrata sunt mala. Isocrates Nicocl. §. 61: ἃ πάσχοντες ὑφ' ἑτέρων ὀργίζεσθε, ταῦτα τοῖς ἄλλοις μὴ ποιεῖτε, ubi non *probo Bekkerum*, qui contra *libros et Stobaeum* Floril. Vol. I. p. 133. correxit τοὺς ἄλλους. Cf. Matth. Gr. §. 415. not. 1.

v 1088 — 1106. Perelegantem Seidlerus dedit (de verss. dochm. p. 281.) descriptionem huius cantici, quod tribus complectitur strophis, sese deinceps excipientibus, quas, interposita mesodo v. 1094., sequuntur inverso ordine tres antistrophae, claudente carmen epodo v. 1102 — 1106. Quanquam hic quoque transposuit vv. 1098. et 1099. Praeterea v. 1091. bis scripsit ὦ pro ἰώ, et v. 1093. ἰώ, ἰώ, ἴτε, ἴτ', ἴτε, μόλετε πρὸς θεῶν. Cf. V. L. Aliter totum carmen digessit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 760 sq., ut ver-

γυναῖκες αἰχμαλωτίδες.
δεινὰ δεινὰ πεπόνθαμεν.
ὤμοι ἐμᾶς λώβας.
ποῖ τράπωμαι; ποῖ πορευθῶ;
αἰθέρ' ἀμπτάμενος οὐράνιον ὑ-
ψιπετὲς ἐς μέλαθρον,
Ὠρίων ἢ Σείριος ἔνθα πυρὸς
φλογέας ἀφίησιν ὄσσων
αὐγάς, ἢ τὸν ἐς Ἅιδα
μελανοχρῶτα πορθμὸν ᾄξω τάλας;

ΧΟΡΟΣ.

ξυγγνώσθ', ὅταν τις κρείσσον' ἢ φέρειν κακὰ
πάθη, ταλαίνης ἐξαπαλλάξαι ζόης.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

κραυγῆς ἀκούσας ἦλθον· οὐ γὰρ ἥσυχος
πέτρας ὀρείας παῖς λέλακ' ἀνὰ στρατὸν
Ἠχώ, διδοῦσα θόρυβον. εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν
πύργους πεσόντας ᾔσμεν Ἑλλήνων δορί,
φόβον παρέσχ' ἂν οὐ μέσως ὅδε κτύπος.

v. 1112. ᾔσμεν Etym. M. p. 439, 1. ἴσμεν Ald. et MSS.

v. 1113. παρέσχ' ἂν ex coni. Heathii. Aldus παρέσχεν, quod tuetur Hermannus. παρέσχεν ἂν N. Flor. 21. a m. sec. Elmsleius ad Med. p. 150. not. (151. ed. Lips.), quod Attici non solerent ε tertiae personae elidere ante particulam ἄν, scribendum coniecit: φόβον παρέσχεν οὐ μέσως ὅδ' ἂν κτύπος. Matth. Gr. §. 43. 1.

sus, qui sibi respondeant, permixti sint solutioribus numeris: quod genus perdifficile est ad iudicandum. Ego interim reliqui vulgarem versuum distinctionem, nisi quod extrema illa inde a v. 1102., quae ita scripta erant, ut nullam agnosceres probabilem aut usitatam metrorum speciem, paullo aliter disposui. Plurimi autem in toto carmine sunt versus dochmiaci, aliquot cretici et iambici.

v. 1094. ἢ cum prima syllaba voc. οὐδεὶς coalescit. vid. Soph. Oed. T. 993. Eurip. Bacch. 648. cf. Matth. Gr. §. 56. Blomf. ad Aesch. S. c. Th. 186.

v. 1100. ἀμπτάμενος pro ἀναπτάμενος, quod ipsum perperam exhibent codd. nonnulli. Infra 1263. ἀμβήσει. cf. Matth. Gr. §. 38.

v. 1107. ξυγγνώσθ'] Pluralis adiectivi pro singulari. Med. 491: συγγνώστ' ἂν ἦν σοι τοῦδ' ἐρασθῆναι λέχους. 703: ξυγγνωστὰ μεντἄρ' ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι. cf. Phoen. 1001. Matth. Gr. §. 443. — κρείσσον' ἢ φέρειν, graviora quam quae ferri possint; cf. Matth. Gr. p. 842.

v. 1109 sqq. Agamemnonis adventu quum speret Polymestor fore, ut Hecuba dedatur ad supplicium, sedatior simul cum animi motu fit oratio, et illam numerorum vehementiam ac varie-

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὦ φίλτατ', ᾐσθόμην γὰρ, Ἀγάμεμνον, σέθεν
φωνῆς ἀκούσας, εἰςορᾷς ἃ πάσχομεν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἔα.
Πολυμῆστορ ὦ δύστηνε, τίς σ' ἀπώλεσε;
τίς ὄμμ' ἔθηκε τυφλὸν αἱμάξας κόρας,
παῖδάς τε τούςδ' ἔκτεινεν; ἦ μέγαν χόλον
σοὶ καὶ τέκνοισιν εἶχεν, ὅςτις ἦν ἄρα.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

Ἑκάβη με σὺν γυναιξὶν αἰχμαλωτίσιν
ἀπώλεσ', οὐκ ἀπώλεσ', ἀλλὰ μειζόνως.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τί φῄς; σὺ τοὖργον εἴργασαι τόδ', ὡς λέγει;
σὺ τόλμαν, Ἑκάβη, τήνδ' ἔτλης ἀμήχανον;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὤμοι, τί λέξεις; ἦ γὰρ ἐγγύς ἐστί που;
σήμηνον, εἰπὲ ποῦ 'σθ', ἵν' ἁρπάσας χεροῖν
διασπάσωμαι καὶ καθαιμάξω χρόα.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὗτος, τί πάσχεις;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

πρὸς θεῶν σε λίσσομαι,
μέθες μ' ἐφεῖναι τῇδε μαργῶσαν χέρα.

v. 1141. *ἄρειαν*] Flor. 2. 25. Vict., quod receperat ante nos Dindorfius. Vulgo *αἴροιεν*.

tatem excipiunt trimetri iambici. Iamque eo res adducta est, ut, quod maxime amat Euripides, tanquam in forensi certamine causa disceptetur, absolutaque Hecuba simul et promissis satisfaciat Agamemno, et iusti regis personam egregie tueatur.

v. 1118. *χόλον σοὶ καὶ τέκνοισιν εἶχεν*] Constructionem illustravi ad Med. 75.

v. 1121. Hecuba me perdidit; perdidit, dico? immo maius quid perpetravit. Iph. T. 1321: *ὦ θαῦμα. πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω;* Vid. ad v. 667.

v. 1127. *οὗτος, τί πάσχεις;*] *Heus tu, quid coeptas?* Eadem formula apud Aristoph. Vesp. 1. Av. 1044. Noster Alc. 776: *οὗτος, τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις;* cf. Ruhnk. ad Tim. p. 279 sq. Reisig. Coniect. I. p. 166.

v. 1128. *μαργῶσαν*] caedis avidam, saevientem. Phoen. 1156: *ἀλλ' ἔσχε μαργῶντ' αὐτὸν ἐναλίου θεοῦ Περικλύμενος παῖς.* 1247: *μαργῶντ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἱέναι δόρυ.* cf. Soph. Ai. 50: *καὶ πῶς ἐπέσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου;*

v. 1129. *τὸ βάρβαρον*] Irae impotentiam. Plutarch. V. Artax. 6: *φύσει βαρύθυμος οὖσα καὶ βάρβαρος ἐν ὀργαῖς.* Vid.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἴσχ᾽· ἐκβαλὼν δὲ καρδίας τὸ βάρβαρον
λέγ᾽, ὡς ἀκούσας σοῦ τε τῆςδέ τ᾽ ἐν μέρει
κρίνω δικαίως, ἀνθ᾽ ὅτου πάσχεις τάδε.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

λέγοιμ᾽ ἄν. ἦν τις Πριαμιδῶν νεώτατος
Πολύδωρος, Ἑκάβης παῖς, ὃν ἐκ Τροίας ἐμοὶ
πατὴρ δίδωσι Πρίαμος ἐν δόμοις τρέφειν,
ὕποπτος ὢν δὴ Τρωϊκῆς ἁλώσεως.
τοῦτον κατέκτειν᾽· ἀνθ᾽ ὅτου δ᾽ ἔκτεινά νιν,
ἄκουσον, ὡς εὖ καὶ σοφῇ προμηθίᾳ.
ἔδεισα, μὴ σοὶ πολέμιος λειφθεὶς ὁ παῖς
Τροίαν ἀθροίσῃ καὶ ξυνοικίσῃ πάλιν,
γνόντες δ᾽ Ἀχαιοὶ ζῶντα Πριαμιδῶν τινα
Φρυγῶν ἐς αἶαν αὖθις ἄρειαν στόλον,
κἄπειτα Θρῄκης πεδία τρίβοιεν τάδε
λεηλατοῦντες, γείτοσιν δ᾽ εἴη κακὸν
Τρώων, ἐν ᾧπερ νῦν, ἄναξ, ἐκάμνομεν.
Ἑκάβη δὲ παιδὸς γνοῦσα θανάσιμον μόρον
λόγῳ με τοιῷδ᾽ ἤγαγ᾽, ὡς κεκρυμμένας
θήκας φράσουσα Πριαμιδῶν ἐν Ἰλίῳ
χρυσοῦ· μόνον δὲ σὺν τέκνοισί μ᾽ εἰςάγει
δόμους, ἵν᾽ ἄλλος μή τις εἰδείη τάδε.
ἵζω δὲ κλίνης ἐν μέσῳ κάμψας γόνυ·

v. 1146. λόγῳ Ald. rell. et v. l. in marg. Flor. 6. δόλῳ.

Hemsterh. ad Xenoph. Eph. p. 180 ed. Loc.

v. 1132. λέγοιμ᾽ ἄν] Vim habet futuri. cf. Reisig. Comment. de vi et usu ἄν partic. p. 135.

v. 1135. ὕποπτος active: qua de re dixit Wyttenb. ad Plutarch. T. I. p. 237. Alia eiusdem generis adiectiva commemoravit ad hunc locum Porsonus: πιστός Aesch. Prom. 953. Soph. Oed. Col. 1031. (adde Plat. de Legg. VII. p. 824. B.) μεμπτός Soph. Trach. 446. Ac sunt minime rara huius usus exempla: interim cf. Blomf. ad Aesch. Pers. 108.

v. 1138. ἔδεισα, μὴ — ἀθροίσῃ καὶ ξυνοικίσῃ] Singularis quaedam ratio est verborum timendi, quum praeteritis iunctum habent coniunctivum; v. Matth. Gr. §. 520. Rost. Gr. §. 122. annotat. 5. Hoc loco dignum animadversione est, quod diversos modos consociavit: ἀθροίσῃ, ἄρειαν — τρίβοιεν — εἴη. Nec temere. Alterum enim, Troia ut restitueretur, verebatur ne eveniret; de altero coniecturam faciebat, haud esse dissimile veri Achivos redituros. De utriusque modi coniunctione quaedam notavit Iacobsius ad Anthol. Palat. p. 292.

v. 1143. Iunge γείτοσιν δ

πολλαὶ δὲ χειρὸς αἱ μὲν ἐξ ἀριστερᾶς,
αἱ δ' ἔνθεν, ὡς δὴ παρὰ φίλῳ, Τρῴων κόραι
θακοῦσ' ἔχουσαι κερκίδ' Ἠδωνῆς χερός,
ᾔνουν θ' ὑπ' αὐγὰς τούςδε λεύσσουσαι πέπλους·
ἄλλαι δὲ κάμακα Θρῃκίαν θεώμεναι
γυμνόν μ' ἔθηκαν διπτύχου στολίσματος.
ὅσαι δὲ τοκάδες ἦσαν ἐκπαγλούμεναι
τέκν' ἐν χεροῖν ἔπαλλον, ὡς πρόσω πατρὸς
γένοιντο, διαδοχαῖς ἀμείβουσαι χεροῖν.
κᾆτ' ἐκ γαληνῶν, πῶς δοκεῖς, προςφθεγμάτων
εὐθὺς λαβοῦσαι φάσγαν' ἐκ πέπλων ποθὲν
κεντοῦσι παῖδας, αἱ δὲ πολεμίων δίκην

v. 1153. θακοῦσ' schol. Flor. 59. Elmsleius ad Heracl. 994. — θάκουν Ald. rell., unde VV. DD. fecerunt 'θάκουν. De augmenti apud Atticos poetas omissione disputavit Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 52. et 120. iterumque post Reisigium in Coniect. I. p. 78 sqq. et Elmsleium ad Eurip. Bacch. 1132. in praefatione ad editionem eiusdem fabulae, quae prodiit Lipsiae a. 1823., ubi quum p. XVII. hunc etiam Hecubae locum attigisset, etiamnum se in ea sententia esse profitetur, quam in secunda editione tragoediarum Euripidis a Porsono curatarum Schaeferus p. 564. commemoraverit, ut scripsisse Euripidem credat: θάκους ἔχουσαι. Non improbarem hanc lectionem, si causam viderem idoneam, cur a vulgata discederem; sed hanc quo argumento Hermannus aggreditur, ei quid tribuendum sit, nemo non intelligit. „Parum apte, inquit, dictum videtur, ἔχουσαι κερκίδ' Ἠδωνῆς χερός, quod sic demum, si quid video, recte diceretur, si de opere, quod ipsae nunc texerent, sermo esset." Corrumpendae eius lectionis, quam recepimus, occasionem dedisse videtur, quod diversa tempora poeta consociavit: Τρῴων εἴη κακόν. Mox interpositum ἄναξ indicio est vereri Polymestorem nonnihil, ne, quod erat confessus aliquid etiam finitimis incommodi Graecos attulisse, offenderit Agamemnonem, et velle quodammodo lenire huius confessionis asperitatem.

v. 1152. ὡς δὴ παρὰ φίλῳ] I. e. specie quidem amicitiae, sed revera inimicissimae. Helen. 1398: ὡς τῷ θανόντι χάριτα δὴ συνεκπονῶν. Ion. 1202: ὡς τῷ νέῳ δὴ δεσπότῃ χάριν φέρων. conf. Iph. T. 1338. Xenoph. Symp. VIII, 4. Plutarch. V. Timol. 15.

v. 1153. κερκίδ' Ἠδωνῆς χερός] Radius textorius pro veste commemoratur: quemadmodum apud Homerum ἱστός et instrumentum textorium et telam ipsam significat. Ita recte Brunckius.

v. 1154. ὑπ' αὐγάς] „Plutarchus Op. Moral. p. 822: ἀλλ' ὑπ' αὐγὰς θεῶ. Id. ibid. p. 1107: ὑπ' αὐγὰς διαπτύξας." *Musgravius*. Cf. Ruhnk. ad Tim. p. 264. πέπλος de virili veste haud inusitatum; conf. Bornemann. ad Xenoph. Cyr. III, 1, 13.

v. 1156. διπτύχου στολίσματος] hastae et pallii.

v. 1160. πῶς δοκεῖς] Similiter interponitur Hipp. 446: τοῦτον λαβοῦσα, πῶς δοκεῖς, καθύβρισεν. cf. Iph. A. 1590. Aristoph. Ach. 24. εἶτα δ' ὠστιοῦνται, πῶς δοκεῖς; Add. Diphilus Athenaei II. p. 67. D. Ara-

ξυναρπάσασαι τὰς ἐμὰς εἶχον χέρας
καὶ κῶλα· παισὶ δ' ἀρκέσαι χρήζων ἐμοῖς,
εἰ μὲν πρόσωπον ἐξανισταίην ἐμόν,
κόμης κατεῖχον, εἰ δὲ κινοίην χέρας,
πλήθει γυναικῶν οὐδὲν ἤνυον τάλας.
τὸ λοίσθιον δέ, πῆμα πήματος πλέον,
ἐξειργάσαντο δείν'· ἐμῶν γὰρ ὀμμάτων
πόρπας λαβοῦσαι τὰς ταλαιπώρους κόρας
κεντοῦσιν, αἱμάσσουσιν· εἶτ' ἀνὰ στέγας
φυγάδες ἔβησαν· ἐκ δὲ πηδήσας ἐγὼ
θὴρ ὣς διώκω τὰς μιαιφόνους κύνας,
ἅπαντ' ἐρευνῶν τοῖχον, ὡς κυνηγέτης,

θακοῦσ' — ἤνουν: cuius rei exempla attulit Heindorfius ad Plat. Phaedon. §. 77. [In ed. anni 1831. Hermannus ex sua coniectura edidit: **θάκους ἔχουσαι κερκίδ' Ἠδωνῆς χερὸς Ἤινουν, ὑπ' αὐγὰς** etc., quo difficultates, quibus haec verba vulgo laborant, tolluntur. F. I.]

v. 1159. *γένοιτο* MS. Reg. Soc. a pr. m. Mosqu. D. Aug. b. quod recepit Porsonus. Vid. Matth. Gr. §. 300. — Ibid. Codd. permulti cum Ald. *διαδοχαῖσιν*, duo ex Florr. *διαδοχαῖσι*. Porsonus, ne omni caesura versus careret, coni. *διαδοχαῖς τ' ἀμείβουσιν* (vel *ἀμείβονται*) *χεροῖν*.

v. 1167. *ἤνυον* Ald. et MSS. *ἤνυτον* Porsonus ex praecepto Atticistarum, quibus haud scio an iusto maiorem fidem adhibeant, qui haud cunctanter obtemperant, nullo facto scriptorum discrimine. Ego quidem poetae quamvis Attico non eripiam vulgarem formam, quam tuetur etiam illud Sophoclis El. 1451: *φίλης γὰρ προξένου κατήνυσαν.* De Attica forma exposuit Porsonus ad Phoen. 463. et Schaeferus ad Greg. Cor. p. 71.

ros IV. p. 175. F. Fritzsch. Quaest. Luc. p. 80. Ceterum supplendum *αἱ μὲν — κεντοῦσι παῖδας*, cui respondet *αἱ δὲ — τὰς ἐμὰς εἶχον χέρας.* Herc. F. 635: *χρήμασιν δὲ διάφοροι· Ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ.* Xenoph. Cyrop. IV, 3, 9: *ἔλεγον, ὅτι ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου εἶεν προεληλυθότες ἐπὶ χιλόν, οἱ δ' ἐπὶ ξύλα.* Apud Pausan. II, 2, 5. scrib. *Λύσιον, τὸν δὲ Βάκχειον ὀνομάζουσι.* Vulgo *τόνδε.* cf. Matth. Gr. §. 288. not. 4.

v. 1165. *εἰ μὲν — ἐξανισταίην*] Optativus rem saepius repetitam indicat. Iph. T. 325: *ἀλλ' εἰ φύγοι τις, ἅτεροι προσκείμενοι Ἔβαλλον αὐτούς· εἰ δὲ τούσδ' ὠσαίατο, Αὖθις τὸ νῦν ὑπεῖκον ἤρασσον πέτροις.* cf. Matth. Gr. §. 521. §. 524. p. 1019. De genitivo *κόμης*, qui notat partem, qua prehendebatur, vid. annot. ad v. 62.

v. 1168. *πῆμα πήματος πλέον*] Eadem ratione dictum, quam explicui ad v. 1074. Simillimus locus Troad. 489, nisi quod perspicua de causa nominativo effertur appositio: *τὸ λοίσθιον δέ, θριγκὸς ἀθλίων κακῶν, Δούλη γυνὴ γραῦς Ἑλλάδ' εἰςαφίξομαι.* Ceterum comparanda dictio Aeschylea Agam. 837: *κακοῦ κάκιον ἄλλο πῆμα.* Noster Med. 234: *κακοῦ γὰρ τοῦτ' ἔτ' ἄλγιον κακόν*, ubi vid. annot.

v. 1172. *ἐκ δὲ πηδήσας*] Tmesis, cuius exempla vid. ap. Matth. Gr. p. 1190.

βάλλων, ἀράσσων. τοιάδε σπεύδων χάριν
πέπονθα τὴν σὴν, πολέμιόν τε σὸν κτανὼν,
Ἀγάμεμνον. ὡς δὲ μὴ μακροὺς τείνω λόγους,
εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἴρηκεν κακῶς,
ἢ νῦν λέγων τίς ἐστιν, ἢ μέλλει λέγειν,
ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω·
γένος γὰρ οὔτε πόντος οὔτε γῆ τρέφει
τοιόνδ'· ὁ δ' ἀεὶ ξυντυχὼν ἐπίσταται.

v. 1179. *λέγων τίς ἐστιν* e Paris. A. Ceteri codd. cum Aldo *λέγων ἔστί τις*, quod leviter correctum (*ἔστιν τις*) receperunt Barn. et Musgr. Ex Stobaei Floril. Vol. III. p. 45. edidit Porsonus: *ἢ νῦν λέγει τις ἢ πάλιν μέλλει λέγειν*, idque defendit docta annotatione in Addendis. MS. Reg. Soc. ap. Pors. omisit *τὶς*, unde speciem conciliare queas coniecturae Wakefieldii, quam probavit Hermannus, *ἢ νῦν λέγων ἔστ' ἢ πάλιν μέλλει λέγειν*.

v. 1182. *αἰεὶ* MSS. edd. probante Osanno Syllog. Inscr. V. p. 242 sq. „Recte, inquit Porsonus, huius vocis penultimam communem esse statuit Piersonus ad Moerin p. 231." Equidem, si credibile esset aut codicum in hac re aut scriptorum fuisse constan-

v. 1177. *μακροὺς τείνω λόγους*] Plato Gorg. §. 47. p. 465. D: *μακρὸν λόγον ἀποτέτακα*, ubi v. Heind. cf. nostra ad Med. 1351.

v. 1179. *λέγων ἐστὶν*, pro *λέγει*. Cycl. 381: *πῶς, ὦ ταλαίπωρ', ἦτε πάσχοντες τάδε;* Supra v. 122: *ἦν σπεύδων*. Anaxandrides ap. Stob. Vol. III. p. 57: *ὁ γὰρ δίαυλός ἐστιν αἰσχύνην ἔχων*. cf. Matth. Gr. §. 559. Chalcidiacum hoc schema vocat Lesbonax p. 179. Repetitum *τὶς* defendit in Addendis Porsonus, allatis exemplis scriptorum saepius etiam in eodem orationis tenore hoc pronomen praeter necessitatem iterantium, Soph. Trach. 3. 943. Philem. Incert. fr. XXII. Nostri Orest. 1218. Quanquam ne opus quidem erat isto molimine: nam quum in superiore versu iungenda sint *τὶς τῶν πρὶν*, accuratius scripsit Euripides repetito pronomine quam omisso.

v. 1180. *συντεμὼν*] I. e. *συντόμως εἰπών*, vel quod dicit Lucianus Imag. §. 14: *ἑνὶ λόγῳ συνελὼν φαίην ἄν*. Noster Aeol. fr. V: *παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅςτις ἐν βραχεῖ Πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς*. conf. Troad. 441. Iph. A. 1249. Anaxilas Athen. XIII. p. 558. E: *συντεμόντι δ' οὐδὲ ἓν Ἔσθ' ἑταίρας ὅσα περ ἔστι θηρί' ἐξωλέστερον*, quae videri possunt ex nostro loco expressa.

v. 1182. *ὁ δ' ἀεὶ ξυντυχὼν*] Sc. *αὐταῖς*. *Ἀεί* i. q. *ἑκάστοτε*, ut apud Thuc. I, 11: *οἵ γε οὐκ ἀθρόοι, ἀλλὰ μέρει τῷ ἀεὶ παρόντι ἀντεῖχον*, et alibi saepissime. *ἐπίσταται*, gravis hoc loco vox: suo damno edoctus cognovit. Comparari potest Troad. v. 894: *ἐγώ νιν οἶδα καὶ σὺ χοἱ πεπονθότες*.

v. 1183. *τοῖς σαυτοῦ κακοῖς*] propter tua ipsius mala. Sic Hipp. 854: *σᾷ τύχᾳ*. supra v. 299: *τῷ θυμουμένῳ*. *Συνθεὶς* auget vim vocis *πᾶν*, quasi dicas: omnes, ne una quidem excepta. Geminus locus in Protesil. fr. III: *ὅςτις δὲ πάσας συντιθεὶς ψέγει λόγῳ Γυναῖκας ἑξῆς σκαιός ἐστι κοὐ σοφός*. Iph. T. 1015: *ἅπαντα γὰρ Συνθεὶς τάδ' εἰς ἓν νόστον ἐλπίζω λαβεῖν*.

ΧΟΡΟΣ.

μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς
τὸ θῆλυ συνθεὶς ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος·
πολλαὶ γὰρ ἡμῶν, αἱ μὲν εἴσ' ἐπίφθονοι,
αἱ δ' εἰς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν.

ΕΚΑΒΗ.

'Αγάμεμνον, ἀνθρώποισιν οὐκ ἐχρῆν ποτε
τῶν πραγμάτων τὴν γλῶσσαν ἰσχύειν πλέον.

tiam, non spernerem, quod testium auctoritate niteretur. Nunc malui rationem certam quam casus temeritatem sequi.

v. 1184. *μέμψῃ* codd. plerique et Stobaeus Floril. Vol. III. p. 28. *μέμφῃ* Flor. 25. 33. Aug. c. et pro v. l. Mosqu. A. Gu. vitiose. Cf. Hermann. diss. de praeceptis quibusdam Atticistarum p. 4 sqq. sive in Opusculis T. I. p. 270 sqq., quanquam sequior Graecitas ne hoc quidem aspernatur; vid. Iacobs. ad Anthol. Palat. p. 735. Quod in Stobaeo edidit Grotius *μέμψαι*, ferri illud quidem poterat, v. Koen. et Schaef. ad Greg. Cor. p. 15. ad poet. gnom. p. 155, sed et rarius *μή* aoristi imperativo iungitur et ab Euripidis consuetudine haec ratio abhorret.

v. 1185 sq. Sententia satis perspicua: nonnullas quidem malas esse mulieres, sed alias probo ingenio. Ipsa verba magna obscuritate laborant. Nam quum bimembris sit sententia, dubium est, utri parti laus mulierum insit, utri reprehensio. Sed plerique haec verba: *αἱ δ' εἰς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν*, in eum sensum acceperunt, ut illa statuerent esse concedentis chori, reperiri mulieres, in quas caderent illa, quibus universum genus insectatus fuerat Polymestor, convicia. Principes in hanc sententiam fuerunt veteres scholiastae: sed iidem, ut illis verbis recte opponerentur, quae priore versu leguntur, vocabulo *ἐπίφθονος* significationem tribuerunt prorsus inusitatam, immo falsam, ut esset idem quod *ἐπαινετός, ζηλωτός*. Semper enim dicitur de iis, qui mediocritatem quandam vel bonarum rerum vel malarum egressi in invidiam odiumque incurrunt. Hoc qui intellexerunt recentiores interpretes de altero versu non mutarunt sententiam: priorem vero illata negativa particula corrigendum censuerunt. Sic Musgravius, quem sequitur Brunckius, scripsit: *πολλαὶ γὰρ ἡμῶν οὐδέν εἰσ' ἐπίφθονοι*. Beckius: *πολλαὶ γὰρ ἡμῶν αἱ μὲν οὐκ ἐπίφθονοι*: denique Porsonus, eiecto pronomine: *πολλαὶ γάρ· αἱ μὲν οὐδέν εἰσ' ἐπίφθονοι*. Non dicam nunc, quid sit ex his verisimillimum: quanquam aegre, credo, omnes concedent omitti potuisse eiusmodi vocabulum, ex quo sententiae integritas penderet: sed demus esse in his coniecturis quod genuinam Euripidis manum referat. Quid igitur est hoc, alias mulierum bonas sane esse, alias malarum in numero habendas? Talia ab eo dici, qui reprehendere vellet mulieres, minime mirum foret; sed quum eas vindicare chorus a promiscua illa criminatione velit, quid aliud quam inverso ordine illa dici debebant, ut praecederet culpae in nonnullis confessio, sequeretur defensio? Itaque mihi quidem plane convenit cum Hermanno non esse corruptam prioris versus scripturam: sitne depravata in altero, ut idem censet, videbimus. Etenim qui sequitur versus ex

ἀλλ' εἴτε χρήστ' ἔδρασε, χρήστ' ἔδει λέγειν,
εἴτ' αὖ πονηρά, τοὺς λόγους εἶναι σαθρούς,
καὶ μὴ δύνασθαι τἄδικ' εὖ λέγειν ποτέ.
σοφοὶ μὲν οὖν εἴσ' οἱ τάδ' ἠκριβωκότες,
ἀλλ' οὐ δύναιντ' ἂν διὰ τέλους εἶναι σοφοί,
κακῶς δ' ἀπώλοντ'· οὔτις ἐξήλυξέ πω.
καί μοι τὸ μὲν σὸν ὧδε φροιμίοις ἔχει·
πρὸς τόνδε δ' εἶμι, καὶ λόγοις ἀμείψομαι,

v. 1193. ***δύνανται*** Ald. et MSS. ***δύναιντ' ἂν*** MS. Leid. ap. Valck. ad Hipp. 294.

v. 1194. ***κακῶς δ' ἀπώλοντο κοὔτις*** — Ald. MSS. Unus apud Kingium, ut edidimus. Hermannus coni. ***κακῶς δ' ὄλοιντ' ἂν, κοὔτις ἐ. π.***

vulgata lectione non videtur in laudem feminarum accipi posse. Quamobrem Reiskius corrigebat ***τῶν καλῶν***. At hoc de femina dici vix potest, nisi si corporis formam, non animi bona, spectes. Quod qui recte monuit Hermannus aliam ipse, eamque, ut ait, certissimam emendationem proposuit: ***αἱ δ' οὐκ ἐς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν***. Speramus hodie minus certam eam videri viro egregio: negationem enim, praesertim in tanto sanitatis colore, non magis hoc versu quam superiore adducor ut oblitteratam esse credam. Ut breviter dicam, explicatione eget hic locus, non correctione, neque, si quid est peccatum, magis id librariorum negligentiae, quam ipsi poetae tribuendum, qui quod sentiebat paullo obscurius eloquutus est. Quodsi quis improbabit quam propositurus sum interpretationem, hoc velim meminerit, coniecturam me facere, cui quis tandem aegre feret si eandem veniam petam, quam tribuere consuevimus illis, qui mutanda codicum lectione locis obscuris opem afferunt? Sensum igitur illorum versuum hunc esse existimo: „Sunt sane quaedam nostrum, et multae quidem, odio dignae: ceterae vero propter sexum non suis quaeque virtutibus vitiisve, sed numero tantum, spectamur; malis non nostra quadam culpa, sed natalium vitio cumuli instar et tanquam numerus adiicimur." Quodsi vere interpretati sumus verba difficillima, in vocabulo ***ἀριθμός*** agnoscis similitudinem illius significationis, quam ex Eurip. Heracl. 997. Troad. 476. et aliis quibusdam locis illustravit Boeckhius de Trag. Gr. p. 93. Nam ibi quoque de hominibus dicitur, qui nonnisi numero spectantur, cetera inutiles. Ac quoniam quae his verbis significari declaravimus eodem redeunt, ac si dicas: aliae mulierum sunt improbae, aliae videntur; non veremur, ne peccasse chorus contra modestiam videatur, quam qui v. 1186. in deteriorem partem interpretati sunt in eo sibi videntur reperisse, quod in verbo ***πεφύκαμεν*** se ipse non excludit ex numero earum, quae a reprehensione haud immunes sint. Quanquam si quis tam atrocia crimina iactet, ut Polymestor, haud scio an nimia sit haec modestia, non deprecari talis culpae suspicionem. Nunc ita loquitur chorus, ut neque arrogantiam reprehendere possis speciem criminis agnoscentis, crimen ipsum negantis, et laudabilis videatur modestia, quam a se ipse propulsat iniuriam, eandem aliis etiam mulieribus fieri pronuntiantis. —

ὅς φῄς Ἀχαιῶν πόνον ἀπαλλάσσων διπλοῦν
Ἀγαμέμνονός θ᾽ ἕκατι παῖδ᾽ ἐμὸν κτανεῖν.
ἀλλ᾽, ὦ κάκιστε, πρῶτον οὔποτ᾽ ἂν φίλον
τὸ βάρβαρον γένοιτ᾽ ἂν Ἕλλησιν γένος,
οὔτ᾽ ἂν δύναιτο. τίνα δὲ καὶ σπεύδων χάριν
πρόθυμος ἦσθα; πότερα κηδεύσων τινά,
ἢ ξυγγενὴς ὤν, ἢ τίν᾽ αἰτίαν ἔχων;
ἢ σῆς ἔμελλον γῆς τεμεῖν βλαστήματα

v. 1197. ὅς φῄς Paris. A. Lib. P. Flor. 2. 10. Vict. et v. l. in MS. Reg. Soc. Ceteri cum Aldo πῶς φῄς.

v. 1201. Elmsleius ad Soph. Oed. Col. 731. coni. μηδ᾽ ἂν δύναιτο. Voluit, opinor, οὐδ᾽ ἂν δύναιτο. Vide annot.

Postremo monendum est, quod etiam schol. animadvertit, πολλαὶ et αἱ μὲν posita esse ἐκ παραλλήλου. Etenim non illud quaeritur, ex multis an pars sit bona, pars deterior; sed quum cunctas culpaverit Polymestor, vere id de multis pronuntiari, alias culpae expertes esse dicendum est. [Loci difficultates bene perspexit Pflugkius, non sustulit. Hermannus repudiatis lectionibus vulgatis corrigit: αἱ μὲν εἴσ᾽ ἐπίφθονοι, αἱ δ᾽ ἀντάριθμοι τῶν κακῶν πεφύκαμεν, multae enim nostrum, aliae quidem reprehensioni sunt obnoxiae, aliae vero e contraria parte aequamus numerum malarum. F. I.]

v. 1189. ἔδρασε] Accuratius scripsisset ἔδρασαν, quum praecesserit ἀνθρώποις. Sed illa numerorum permutatio in utraque lingua frequentissima. Tyrtaeus I, 27. Br.: νέοισι δὲ πάντ᾽ ἐπέοικεν· Ὄφρ᾽ ἐρατῆς (sic scribe cum Valcken.) ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ, Ἀνδράσι μὲν θνητὸς ἰδεῖν ἐρατός τε γυναιξίν. Xenophon. Oecon. III, 5: ἴσως γὰρ ἀναλίσκουσιν οὐκ εἰς ἃ δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ἃ βλάβην φέρει αὐτῷ καὶ τῷ οἴκῳ. Eadem ratione Euripides in Androm. 421: οἰκτρὰ γὰρ τὰ δυστυχῆ βροτοῖς ἅπασι, κἂν θυραῖος ὢν κυρῇ. cf. Suppl. 435. 453. Heindorf. ad Plat. Protag. §. 28. Matth. Gr. §. 293. p. 587.

v. 1190. σαθρός proprie de fictilibus, quorum suspectus exploranti sonus: hoc loco σαθροὶ λόγοι dicuntur, qui non apti sunt ad persuadendum. In Rhes. 639. Minerva, fallaci oratione Paridem deceptura, σαθροῖς λόγοισιν, ait, ἐχθρὸν ἄνδρ᾽ ἀμείψομαι. Conf. Wyttenbach. ad Plutarch. T. I. p. 422. Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 177.

v. 1192. οἱ τάδ᾽ ἠκριβωκότες] Sc. τὸ εὖ λέγειν τὰ ἄδικα.

v. 1194. οὔτις ἐξήλυξέ πω] Soph. Oed. Col. 280: φυγὴν δέ του Μήπω γενέσθαι φωτὸς ἀνοσίου βροτῶν.

v. 1197. ὅς φῄς] „Simillima orationis conversio in Soph. Oed. Col. 1354." *Porson.* Cf. Matth. Gr. §. 477. b.

v. 1201. Non esse soloecum, ut censebat Elmsleius, οὔτε post οὐ fidem faciet prolixa disputatio Hermanni ad Medeam a docto Anglo editam p. 330 ed. Lips., quacum coniunge Reisigii Coniect. I. p. 186 sq.

v. 1203. ἢ τίν᾽ αἰτίαν ἔχων] I. e. τίνα ἄλλην αἰτ. ἔχ. Iph. T. 511: φυγὰς δ᾽ ἀπῆρας πατρίδος, ἢ ποίᾳ τύχῃ; Infra 1264: ὑποπτέροις νώτοισιν, ἢ ποίῳ τρόπῳ; Vid. Schaefer. Ind. ad L. Bosii Ellips. p.

πλεύσαντες αὖθις; τίνα δοκεῖς πείσειν τάδε;
ὁ χρυσός, εἰ βούλοιο τἀληθῆ λέγειν,
ἔκτεινε τὸν ἐμὸν παῖδα καὶ κέρδη τὰ σά.
ἐπεὶ δίδαξον τοῦτο· πῶς, ὅτ' εὐτύχει
Τροία, πέριξ δὲ πύργος εἶχ' ἔτι πτόλιν,
ἔζη τε Πρίαμος, Ἕκτορός τ' ἤνθει δόρυ,
τί δ' οὐ τότ', εἴπερ τῷδ' ἐβουλήθης χάριν
θέσθαι, τρέφων τὸν παῖδα κἀν δόμοις ἔχων
ἔκτεινας, ἢ ζῶντ' ἦλθες Ἀργείοις ἄγων;
ἀλλ' ἡνίχ' ἡμεῖς οὐκέτ' ἦμεν ἐν φάει,
καπνῷ δ' ἐσήμην' ἄστυ πολεμίων ὕπο,
ξένον κατέκτας σὴν μολόντ' ἐφ' ἑστίαν.
πρὸς τοῖςδε νῦν ἄκουσον ὡς φανεῖ κακός.
χρῆν σ', εἴπερ ἦσθα τοῖς Ἀχαιοῖσιν φίλος,
τὸν χρυσόν, ὃν φῂς οὐ σόν, ἀλλὰ τοῦδ' ἔχειν,
δοῦναι φέροντα πενομένοις τε καὶ χρόνον
πολὺν πατρῴας γῆς ἀπεξενωμένοις·
σὺ δ' οὐδὲ νῦν πω σῆς ἀπαλλάξαι χερὸς

v. 1215. καπνῷ Ald. et MSS. καπνὸς coni. Canterus, quo admisso scriptum oportuit καπνὸς δ' ἐσήμην' ἄστυ πολεμίων ὕπ' ὄν, magno versus detrimento. Quodsi omitti participium posset, ne opus quidem erat mutatione: quandoquidem σημαίνειν, perinde ac δεικνύναι, δηλοῦν et alia eiusdem generis verba, nominativum etiam participii adsciscit.

847 sq. ad Soph. Oed. Col. 474. ad Trach. 390.

v. 1205. πείσειν τάδε] Soph. Oed. Col. 797: ἀλλ' οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων, ἴθι. Amphis ap. Athen. XIII. p. 563. C: τί φῄς; σὺ ταυτὶ προςδοκᾷς πείσειν ἐμέ; Vid. Matth. Gr. §. 421. not. 1.

v. 1207. κέρδη τὰ σά] I. e. αἰσχροκέρδεια ἡ σή.

v. 1211. τί δ'] Interruptam longiore interposita sententia orationem redorditur: cuiusmodi in locis ex more infertur δέ. Isocrates de permut. §. 169 sq.: ὅτε γὰρ ἐπαμύνειν ἠρχόμην τοῖς ἰδίοις, ἀπολομένων ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους ἁπάντων τῶν ὑπαρχόντων ἡμῖν — — ὅτε δ' οὖν, ὥςπερ εἶπον, ἠρχόμην πλησιάζειν τισίν etc.

v. 1211. χάριν θέσθαι] El. 61: χάριτα τιθεμένη πόσει. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 409.

v. 1215. καπνῷ σημαίνειν, fumo signum dare, quum absolute dicatur, non addita re, cuius signum fumus sit, offensioni ea res fuit interpretibus. At idem fit in formula ἐσήμηνε τῇ σάλπιγγι, scil. ὁ σαλπιγκτής. Nimirum quae res significetur, sponte intelligimus: tubicine canente, initium pugnae fieri; fumo autem urbis quid aliud quis indicari suspicetur, nisi incensam esse? Quidquid autem non patimur solum, sed etiam facimus non nostra sponte, sed alieno quodam

τολμᾷς, ἔχων δὲ καρτερεῖς ἔτ' ἐν δόμοις.
καὶ μὴν τρέφων μὲν ὥς σε παῖδ' ἐχρῆν τρέφειν
σώσας τε τὸν ἐμόν, εἶχες ἂν καλὸν κλέος·
ἐν τοῖς κακοῖς γὰρ ἀγαθοὶ σαφέστατοι
φίλοι· τὰ χρηστὰ δ' αὔθ' ἕκαστ' ἔχει φίλους.
εἰ δ' ἐσπάνιζες χρημάτων, ὁ δ' εὐτύχει,
θησαυρὸς ἄν σοι παῖς ὑπῆρχ' οὑμὸς μέγας·
νῦν δ' οὔτ' ἐκεῖνον ἄνδρ' ἔχεις σαυτῷ φίλον,
χρυσοῦ τ' ὄνησις οἴχεται παῖδές τε σοί,
αὐτός τε πράσσεις ὧδε. σοὶ δ' ἐγὼ λέγω,
Ἀγάμεμνον, εἰ τῷδ' ἀρκέσεις, κακὸς φανεῖ·
οὔτ' εὐσεβῆ γὰρ οὔτε πιστὸν οἷς ἐχρῆν,
οὐχ ὅσιον, οὐ δίκαιον εὖ δράσεις ξένον·
αὐτὸν δὲ χαίρειν τοῖς κακοῖς σε φήσομεν
τοιοῦτον ὄντα· δεσπότας δ' οὐ λοιδορῶ.

ΧΟΡΟΣ.

φεῦ φεῦ· βροτοῖσιν ὡς τὰ χρηστὰ πράγματα
χρηστῶν ἀφορμὰς ἐνδίδωσ' ἀεὶ λόγων.

v. 1217. φανῇς Mosqu. B. G. Ask. 3. Flor. 2. 10. 25. Vict. Havn. „quo admisso ὡς esset pro ἵνα." Porson. φανῇ Ald.

v. 1218. Prorsus putida librorum lectio videtur Hermanno, qui edidit εἴπερ ἦσθ' ὄντως Ἀχαιοῖσιν φίλος. Eius coniecturam improbat propter metricas rationes Elmsleius ad Suppl. 303. (Class. Journ. XVI. p. 431.). Cf. Herm. Elem. doctr. metr. p. 117. Nobis quoque nimis severum videtur Hermanni iudicium.

incitamento, ὑπό τινος ποιεῖν dicimur. Cf. Matth. Gr. §. 592. Igitur fumi significatio quum effecta sit igni ab hostibus iniecto, recte addit πολεμίων ὕπο.

v. 1221. ἀπεξενωμένοις] Sophocl. El. 776: φυγὰς ἀπεξενοῦτο. Plato de Legg. IX. p. 866. A: ἐὰν δέ τις — τοὺς χρόνους μὴ ἐθέλῃ πληροῦν ἀποξενούμενος τοὺς εἰρημένους.

v. 1223. τολμᾷς] Vid. ad v. 332. — καρτερεῖς, διατελεῖς.

v. 1224. Verba mirum in modum traiecta sic construe: καὶ μὴν τρέφων μέν, ὡς ἐχρῆν σε τρέφειν παῖδα τὸν ἐμόν, σώσας τε, scil. αὐτόν. Turbavit haec res etiam librarios, sed nihil tamen, quod de sinceritate lectionis suspicionem moveat, e codicibus enotatur. Cf. Elmsleium ad Med. 460.

v. 1225. καλὸν κλέος] Hom. Od. α, 95: ἐσθλὸν κλέος. Theocrit. XVI, 58: ἀγαθὸν κλέος. Contra Helen. 135: αἰσχρὸν κλέος.

v. 1227. τὰ χρηστὰ κ. τ. λ.] Res secundae ultro amicos alliciunt.

v. 1234. οἷς ἐχρῆν] Scil. πιστὸν εἶναι. Ceterum ut hoc loco οὔτε — οὔτε excipit οὐ — οὐ, ita etiam in Hipp. 1321 sq. Soph. Antig. 851 sq. Notavi de hoc genere ad Med. 1348. — Mox v. 1237. τοιοῦτον ὄντα, int. οἷοίπερ οἱ κακοί. Tanta autem fuerat Hecubae libertas dicendi, ut, eam si forte in serva aegre tulisset

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἀχθεινὰ μέν μοι τἀλλότρια κρίνειν κακά·
ὅμως δ' ἀνάγκη· καὶ γὰρ αἰσχύνην φέρει
πρᾶγμ' ἐς χέρας λαβόντ' ἀπώσασθαι τόδε.
ἐμοὶ δ', ἵν' εἰδῇς, οὔτ' ἐμὴν δοκεῖς χάριν
οὔτ' οὖν Ἀχαιῶν ἄνδρ' ἀποκτεῖναι ξένον,
ἀλλ' ὡς ἔχῃς τὸν χρυσὸν ἐν δόμοισι σοῖς.
λέγεις δὲ σαυτῷ πρόσφορ' ἐν κακοῖσιν ὤν.
τάχ' οὖν παρ' ὑμῖν ῥάδιον ξενοκτονεῖν·
ἡμῖν δέ γ' αἰσχρὸν τοῖσιν Ἕλλησιν τόδε.
πῶς οὖν σε κρίνας μὴ ἀδικεῖν φύγω ψόγον;
οὐκ ἂν δυναίμην. ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ
πράσσειν ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

οἴμοι, γυναικός, ὡς ἔοιχ', ἡσσώμενος
δούλης ὑφέξω τοῖς κακίοσιν δίκην.

ΕΚΑΒΗ.

οὔκουν δικαίως, εἴπερ εἰργάσω κακά.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

οἴμοι τέκνων τῶνδ' ὀμμάτων τ' ἐμῶν, τάλας.

ΕΚΑΒΗ.

ἀλγεῖς· τί δ' ἡμᾶς; παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς;

v. 1256. *τί δαί με παιδὸς οὐκ ἀ. δ.* Ald. Brub. Herv. 1. et codices haud pauci; unde depravatae sunt quas alii habent lectiones, *τί δ' ἐμὲ* vel *τί δέ με.* Vere monuit Matth. *δαί*, etiamsi non eximendum sit omnino e Tragicis, tamen in oppositione non Agamemno, deprecationem adiiceret: *δεσπότας δ' οὐ λοιδορῶ.*

v. 1243 sq. *οὔτ' — οὔτ' οὖν*] Aeschyl. Agam. 457: *μήτ' εἴην πολιπόρθης, μήτ' οὖν αὐτὸς ἁλοὺς ὑπ' ἄλλων βίον κατίδοιμι.*

v. 1247. *ῥᾴδιον*] Gaius apud Stobaeum Floril. Vol. III. p. 57: *εὐάγωγον δὲ εἰς τὸ ῥᾳδίως τι τολμῆσαι θυμὸς γυναικός.*

v. 1249. *μὴ ἀδικεῖν*] I. e. *μὴ ἄδικον εἶναι* vel *μὴ ἠδικηκέναι.* Vid. Heind. ad Plat. Protag. p. 463 sq. De synizesi, qua *μὴ ἀ*— conflantur, conf. Hipp. 997. Cycl. 272. Heracl. 460. al. *vid.* Thiersch. Gr. p. 423.

v. 1256. *τί δ' ἡμᾶς;*] Rectius, ut opinor, sic interpunximus quam, quod fecit Dindorfius, post *τί δ'.* Solet enim in his interrogandi formulis, praesertim si qua sit oppositio, res, de qua quid praedicatur, reiici ad pronomen: v. c. apud Platonem Phaedon. p. 65. D: *τί δὲ δὴ τὰ τοιάδε, ὦ Σιμμία; φαμέν τι εἶναι δίκαιον αὐτὸ ἢ οὐδέν;* vid. Heind. ad Gorg. §. 66. Nominativum autem an accusativum ponas, intelligendum est ex ratione eius sententiae, cui detractum est, quod pronomini adiungitur, nomen. Nominativum,

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

χαίρεις ὑβρίζουσ' εἰς ἔμ', ὦ πανοῦργε σύ.

ΕΚΑΒΗ.

οὐ γάρ με χαίρειν χρὴ σὲ τιμωρουμένην;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ἀλλ' οὐ τάχ', ἡνίκ' ἄν σε ποντία νοτὶς

ΕΚΑΒΗ.

μῶν ναυστολήσῃ γῆς ὅρους Ἑλληνίδος;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

κρύψῃ μὲν οὖν πεσοῦσαν ἐκ καρχησίων.

ΕΚΑΒΗ.

πρὸς τοῦ βιαίων τυγχάνουσαν ἁλμάτων;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

αὐτὴ πρὸς ἱστὸν ναὸς ἀμβήσει ποδί.

ΕΚΑΒΗ.

ὑποπτέροις νώτοισιν, ἢ ποίῳ τρόπῳ;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

κύων γενήσει πύρσ' ἔχουσα δέργματα.

ΕΚΑΒΗ.

πῶς δ' οἶσθα μορφῆς τῆς ἐμῆς μετάστασιν;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὁ Θρῃξὶ μάντις εἶπε Διόνυσος τάδε.

occurrere. Itaque, nisi cum Brunckio malis corrigere *τί δή με* vel potius *τί δὴ 'μέ;*, amplectenda emendatio Porsoni *τί δ' ἡμᾶς*, quam nemo non elegantiorem esse fateatur.

qui referretur ad sequens *εἰσίν*, posuit Iph. T. 576: *τί δ' ἡμεῖς οἵ τ' ἐμοὶ γεννήτορες; ἆρ' εἰσίν; ἆρ' οὐκ εἰσί;* cf. Soph. Ai. 101. Philoct. 421. Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 123. — *παιδὸς ἀλγεῖν.* Suppl. 58: *ὅσσον ἐπαλγῶ μελέα τῶν φθιμένων, οὓς ἔτεκον.* Cf. Matth. Gr. §. 368.

v. 1261. Particulae *μὲν οὖν* sunt corrigentis ea, quae alter dixerat: immo. Cf. Or. 1511. 1521. Iph. A. 893. Soph. Ai. 1363. Aristoph. Plut. 437. Herm. ad Vig. p. 845.

v. 1265. „Idem vaticinium alibi dederat Euripides apud Plutarcham de Is. et Osir. p. 379. E: *Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου κύων ἔσει.* Quem ridet Aristophanes apud Eustathium ad Od. *Γ*. p. 1467, 37 = 127, 17: *καὶ κύων ἀκράχολος Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου γενήσομαι.*" *Porson.* Cicero Tusc. III, 26: Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam et rabiem fingi in canem esse conversam. Cf. Dio Chrysost. Or. XXXIII. T. II. p. 29. R.

v. 1267. „De oraculo hoc Bacchi vide Herodot. VII, 111.

ΕΚΑΒΗ.
σοὶ δ' οὐκ ἔχρησεν οὐδὲν ὧν ἔχεις κακῶν;
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
οὐ γάρ ποτ' ἂν σύ μ' εἷλες ὧδε σὺν δόλῳ.
ΕΚΑΒΗ.
θανοῦσα δ' ἢ ζῶσ' ἐνθάδ' ἐκπλήσω βίον;
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
θανοῦσα· τύμβῳ δ' ὄνομα σῷ κεκλήσεται
ΕΚΑΒΗ.
μορφῆς ἐπῳδόν, ἢ τί, τῆς ἐμῆς ἐρεῖς;
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
κυνὸς ταλαίνης σῆμα, ναυτίλοις τέκμαρ.
ΕΚΑΒΗ.
οὐδὲν μέλει μοι, σοῦ γέ μοι δόντος δίκην.
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
καὶ σήν γ' ἀνάγκη παῖδα Κασάνδραν θανεῖν.

v. 1270. *βίον* omisit Flor. 21. manifesto mendosum videtur Porsono, cui placet coniectura Musgravii, *ἐκπλήσω πότμον*. Brunckius scripsit *μόρον*, quod commendat etiam Iacobsius Anim. in Eurip. p. 9. Non opus esse mutatione, si quis recte explicaret hunc locum, docuit Hermannus, cuius in annot. exposui interpretationem.

v. 1271. *σὸν* Ald. rell., quod intulit, opinor, aliquis, qui non animadverteret continuari orationem v. 1273.

v. 1272. *ἢ τί* Ald. rell. *ἥ τι* Gu. *ἤ τι* Br. Pors. Nihil desiderabatur in Aldina lectione, nisi ut haec verba a reliqua oratione distinguerentur interpunctione. Nec tamen ingenii laude fraudandus Reiskius, qui coniiciebat: *ἢ τύχης ἐμῆς ἐρεῖς*.

Macrob. Saturn. I, 18." *Musgravius*.

v. 1269. Partem responsionis suppressam esse docet particula *γάρ*. Supplendum *οὐκ ἔχρησεν*. Sophocl. Aiac. v. 1120 sq.: *M. Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὸν φρονεῖν. T. οὐ γὰρ βάναυσον τὴν τέχνην ἐκτησάμην.*

v. 1270. *ἐκπλῆσαι βίον* si simpliciter significaret *vivere*, ridiculum esset profecto, ut visum est Musgravio, coniunctum cum illo *θανοῦσα*, tautologicum autem *ζῶσα*. At *ἐκπλῆσαι βίον* est *ad vitae finem pervenire*: *ἐνθάδε* copulandum cum participiis *θανοῦσα* et *ζῶσα*, ut hoc dicat Hecuba: „utrum moriens eo loco, ubi me saltu in aequor dedero, an vivens ad vitae finem perveniam?"

v. 1272. *ἢ τί*] *διὰ μέσου*. Similia indicavi ad v. 605. huius fabulae.

v. 1273. *Τὸ τῆς Ἑκάβης μνημεῖον* in promontorio prope Elaeuntem commemorat Diod. Sic. XIII, 40. Cf. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 330 sq.

v. 1276. *ἀπέκτυσ'*] Nota abominandi formula: cf. Hipp. 614. Iph. A. 874. Iph. T. 1161. Hel. 672. Aoristus pro praesen-

ΕΚΑΒΗ.
ἀπέπτυσ'· αὐτῷ ταῦτα σοὶ δίδωμ' ἔχειν.
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
κτενεῖ νιν ἡ τοῦδ' ἄλοχος, οἰκουρὸς πικρά.
ΕΚΑΒΗ.
μήπω μανείη Τυνδαρὶς τοσόνδε παῖς.
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
καὐτὸν σὲ τοῦτον πέλεκυν ἐξάρασ' ἄνω.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
οὗτος σύ, μαίνει καὶ κακῶν ἐρᾷς τυχεῖν;
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
κτεῖν', ὡς ἐν Ἄργει φόνια λουτρά σ' ἀναμένει.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
οὐχ ἕλξετ' αὐτόν, δμῶες, ἐκποδὼν βίᾳ;
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.
ἀλγεῖς ἀκούων;

v. 1279. καὐτόν γε τοῦτον Aug. c. Flor. 2. Vict. quod recepit Porsonus. cf. annot. ad v. 976. καὐτόν τε τοῦτον Ald. rell. male. καὐτὸν δὲ τοῦτον tres Mosqu. Aug. b. d. Gu. et sex Florr. quod ferri poterat. Sed longe optimum quod e Paris. A. Ask. 2. 3. R. Flor. 10. 21. 25. 33. post Br. et Herm. reposuit Matth. Gravis est subita haec orationis ad Agamemnonem conversio; neque opus, ut v. 1278. contra libros tribuatur Agamemnoni, quod faciendum videbatur Porsono, si quis σὲ probaret. Reisig. quidem Coniect. I. p. 166. tuetur γε, alienam arbitratus hanc compellationem οὗτος σύ, nisi si Agamemno nulla Polymestoris ad ipsum conversione nunc primum sermonem inciperet. Et est haec subtilis observatio viri praestantissimi: sed ea quod voluit sic demum efficeretur, si v. 1278. pronuntiaret Agamemno.

te, v. Herm. ad Vig. p. 746. Ad sequentia comparandus Cycl. 270, ubi postquam culpa se vacare asseveraverat Silenus addideratque haec: ἢ κακῶς οὗτοι κακοὶ Οἱ παῖδες ἀπόλοινθ' οὓς μάλιστ' ἐγὼ φιλῶ, respondet chorus: αὐτὸς ἔχ'.

v. 1278. μήπω verecunde in votis pro μήποτε dicebant. Soph. El. 403: οὐ δῆτα· μήπω νοῦ τοσόνδ' εἴην κενή. Noster Heracl. 359: μήπω ταῖς μεγάλαισιν οὕτω καὶ καλλιχόροις Ἀθάναις εἴη. Similiter οὔπω dicitur in Soph. Oed. T. 594: οὔπω τοσοῦτον ἠπατημένος κυρῶ. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 458. — μανείη. Notanda formula, qua utuntur qui fortius abhorrere se ab aliqua re declarant. Lucian. Phalar. I. §. 11: μὴ γὰρ οὕτω μανείην. Cf. eundem Tox. §. 50. encom. Demosth. §. 5. Dial. meretr. T. III. p. 283.

v. 1280. οὗτος σύ] Indignantis et vehementius commoti haec est compellatio, ut apud Soph. Oed. T. 532: οὗτος σύ, πῶς δεῦρ' ἦλθες;

v. 1281. Varias de caede Agamemnonis narrationes exposuit Nitschius Lex. Mythol. T. I. p. 106 sq.